

136, 19

Zur öffentlichen Prüfung  
der Schüler  
des Königlichen Friedrichs - Collegiums

am

**Donnerstag den 27. und Freitag den 28. September 1860**

laltet ergebenst ein

**Dr. J. Horkel,**  
Königl. Professor und Director.



- 
- 1) Conjecturae Tullianae — Abhandlung von Dr. C. F. W. Müller.
  - 2) Jahresbericht des Directors.

---

Königsberg in Pr.  
Schultzsche Hofbuchdruckerei.  
1860.

960 (1860)  
23



Zur öffentlichen Erfüllung

der gesetzlichen

Rechtsprechung - der öffentlichen Bibliothek

Wiedereinführung der Rechtsprechung nach § 22 des Gesetzes vom 19. April 1949

Düsseldorf, den 10.



## Coniecturae Tullianae.

Att. II. 18 ex. Tu  $\dagger$ , **vellem ego e cuperem**, adesses. Ita Orelli et Klotz, alii Tu **vellem ego et cuperem** adesses; Orelli conj. Tu vellem ego accurreres adesses. Facilis est conjectura vel potius certa emendatio Tu **vellem ego vel cuperem** adesses, quae eadem sententia iisdem fere verbis enuntiata legitur ib. X. 16. 1: Ego **volebam autem vel cupiebam potius esse eum nobiscum** \*), nisi quod illic Vel potius, hic Vel positum est, quod nihil interest. De hac particula quod grammatici vel parum vel nimis definite praeceperunt, non alienum visum est accuratius hoc loco disserere. Atque omnium plannissime Zumptius §. 336, quivis ut intelligat: Vel wird bei Cicero einmalig nur correktiv gebraucht, gewöhnlich mit dicam oder potius, auch etiam (verius erat: Mit potius oder etiam, auch dicam), sehr selten ohne solchen Zusatz, aber auch dann den Ausdruck berichtigend. (Ne hoc quidem satis accurate dixit, rarissime simplex Vel inveniri, quippe Verrinarum editor, quarum in act. II. lib. I. ter omnino Vel reperitur, semel superlativo adjunctum I. 4. 11, bis iteratum I. 9. 26; in libro II. quater sonat Etiam 14. 35; 71. 175; 73. 181; 12. 31; in libro III. semel Vel — vel 83. 192; in libro IV. semel repetitum 52. 117, semel i. q. Etiam 56. 152; ter in libro V. 6. 14 ex; 9. 23 ex; 10. 26 i. q. Etiam. Contra in Tusc. lib. I. et II. quater et vicies legitur Vel. In Invent. libris duobus non amplius quinque reperitur I. 15. 21; 17. 25; II. 50. 152; 58. 176 (repetit.); II. 13. 44, toties quoties in tribus primis lib. I. de Or. capitibus). cf. G. T. A. Krueger §. 543 A. 2, Madvig §. 436, F. Schultz §. 223 \*\*). Weissenborn §. 358. 2, Putsche §. 140 \*\*\*). Admodum nihil dixit Reisig §. 254. Non melius quam in grammatica I. I. (Vel bezeichnet einen Unterschied, auf den es nicht ankommt oder der blos die Wahl eines Ausdrucks betrifft z. B. A virtute profectum vel in ipsa virtute positum, bei den älteren Schriftstellern besonders, wo ein angemessenerer Ausdruck hinzugefügt wird) Madvig ad Fin. II. 19. 60 Rarius unum Vel a Cic. ponitur, inquit, ubi sine correctione aliud nomen tantum adjungitur, nec tamen nunquam, Creberrium omnium est

\*) ib. §. 5 scriendum est Sed **dum** redeo, Hortensius venerat.

\*\*) Quod is negat Aut conjungi cum Potius, etiam (sane, certe), sed cum **Omnino**, in eo mirifice fallitur: Or. 8 ex. 27; Verr. III. 48. 113, Sest. 13. 29; 15. 35; Legg. I. 14. 40 ex. — Fam. I. 9. 16; IV. 13. 3; IX. 16. 8; XI. 6. 2 ex.; Mat. in XI. 23. 2; V. 20. 6 ex.; XIII. 53. 1 ex.; Q. fr. I. 3. 1; Pet. cons. 6. 24; Inv. II. 22. 65; Part. or. 12. 41; 14. 51 ex.; 38. 132; Or. 37. 129; 64. 217; de Or. I. 20. 91 ex.; 38. 174; II. 9. 38; 17. 72; 22. 90; 82. 334; III. 15. 58; 51. 198; 59. 220; Brut. 21. 82 ex.; 4. 15 ex.; — Fam. II. 3. 1; VII. 5. 1; Or. 3. 11; 39. 136; de Or. I. 20. 92 ex.; 27. 125 ex.; II. 51. 206; 85. 346; Top. 17. 64 ex. Hand. Turs. I. p. 556 et 539 multisque aliis locis, qui, si tanti duxisset, facile augeri poterant.

\*\*\*) Quod hic „Ve dagegen nie bei Steigerungen“ inquit, refellitur uno loco Fin. V. 15. 41 sensim tardeve potius.

**Vel potius.** Sex locis a Madvigio ad Fin. I. 3. 10 enumeratis, quibus legatur **Vel dicam,** accedit unus Cael. 31. 75. **Vel etiam,** apud posteriores quoque frequentissimum, Cicero scripsit Off. I. 40. 145 ex. Ut in fidibus — —, sic vivendum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis. Ibid. 41. 147; Div. I. 46. 104 ex.; Att. XV. 10 ex.; Planc. 33. 79 Agitur studium tuum vel etiam si vis existimatio; Caec. 32. 92 ex.; Fam. VI. 4. 4; Har. resp. 28. 60; de Or. I. 28. 127; II. 19. 79; III. 45. 179; 54. 208; Part. or. 6. 21 ex.; Fam. IV. 14. 3 ex.; Lael. 11. 37; Planc. 9. 22; Fin. III. 12. 40; Dejot. 3. 9; Q. fr. III. 9. 7; Plane. 3. 8 Nam si ita esset quod patres apud majores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum, id haberent judices, vel quod multo etiam minus esset ferendum. Male Halmio illud Vel placet mutare in Id. Att. IV. 16. 1 Pleraequae (epistolae) tantummodo mihi nunciabant, ubi eses, quod erant abs te, vel etiam significabant recte esse, qui locus intelligi non potest, nisi verba Quod erant abs te Schuetzio auctore transposueris. Ceterum ea exempla, in quibus illud Etiam non tam ad particulam Vel quam ad aliam orationis partem pertinere videtur, a ceteris sejungenda non putavi\*).

Ipsum **Vel** aut **Vel potius** aut **Vel etiam** significare haec exempla docent. Att. XI 9. 3 Ita omnibus rebus urgeor, quas sustinere vix possum **vel plane** nullo modo possum. Fin. V. 20. 55 Sunt autem etiam clariora **vel plane** perspicua minimeque dubitanda indicia naturae. Fin. IV 5. 13 Pauca mutat **vel plura sane**, at. — Tusc. II 14. 33 Pungit dolor **vel** fodiat sane. Fin. II 33. 109 Quid? si etiam bestiae multa faciunt duce sua quaeque natura partim indulgenter **vel** cum labore. Att. XII 41. 3 ex. Haec est summa levatio **vel**, si verum scire vis, una. Tusc. III 8. 18 Qui sit frugi igitur **vel**, si mavis, moderatus et temperans. Phil. II 26. 65 Tantus igitur te stupor oppressit **vel**, ut verius dicam, tantus furor. Acad. II 27. 87 Esse aliquam vim, quae finxerit **vel**, ut tuo verbo utar, quae fabricata sit hominem. Fam. II 6. 4 Peto, ut subvenias huic meae sollicitudini **vel**, ut verius dicam, prope saluti tuum studium dices. Frg. or. p. 217 Klotz. Officium praetermissum imprudentiae **vel**, ut gravius interpretemur, negligentiae excusatione defenditur. Frg. ep. ad Corn. 4 p. 255 Honestarum rerum prosperitas **vel**, ut alio modo definiam, felicitas est. Ep. Brut. I 1. 1 L. Clodius valde me diligit **vel**, ut εὐπατιζότερον dicam, valde me amat. Fat. ex. Illud quoque necesse est de-

\* ) Etiam praemiso altero **Vel** non raro legitur **Vel etiam** velut de Or. I. 14. 60; II. 2. 7; III. 45. 178; Or. I. 4 ex.; Fam. I. 8. 2; V. 8. 1; XIII. 1. 4; Rosc. Am. 27. 73 ex.; Dom. 45. 117; Planc. 9. 22; 16. 40; Rep. I. 29. 45; Lael. 22. 85 ex.; Acad. II. 10. 31 ex. cf. Plaut. Men. 691 Utere **vel** tu vel tua uxor **vel etiam** in loculos compingite. Apud Terentium vide ne falso post Faernum scribi soleat ex omnibus, ut ait ille, libris antiquioribus et Donato Andr. 266 (I. 5. 31) Paulo momento huc **vel** illuc impellitur potius quam Huc illuc. Nam quum praeter hunc locum undecies aut duodecies (Heaut. 540 Fleckeisen e conjectura addidit Vel, Phorm. 301 dudum abjectum est) Terentius simplici usus sit hac particula (quinquies repetita), nullo loco valet Oder. Addo apud eundem particulam Sive ter omnino reperiri nec significare nisi Aut si: Andr. 190 et praemiso simplici Si ibid. 216 et 292. Atque etiam apud ipsum Ciceronem legitur Sive non uno loco Fin. I. 6. 20, ut dicit Madvigius, sed etiam Att. X. 18. 2 et Rep. IV. 10. 12 et XII. tabulis. cf. Ritschl. praeft. Trin. p. 85. Nam quod Madvigiis multum interesse ait, sua enique particulae apodosis subiecta sit necne, id ad ipsarum particularum rationem non plus interest quam conjunctiones Sive-sive utrum unam habeant apodosin an singulas.

clinare, quibusdam atomis vel, si volunt, omnibus. Fam. IV 13 ex. Sed haec tu melius vel optime omnium. IX 13. 3 Peto igitur a te vel, si pateris, oro. VI 3. 3 ex. In ea es urbe, in qua haec vel plura et ornatoria parietes ipsi loqui posse videantur. XVI 2 Quantum me diligis, tantum fac ut valeas, vel quantum te a me scis diligi. Tusc. II 24. 58 ex. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera, vel sentiunt, sed mori malunt quam —. Lael. 12. 40 ex. Si Gracchus regnum occupare conatus est vel regnavit is quidem paucos menses. Tusc. II 20. 46 Volo autem dicere illud homini longe optimum esse, quod ipsum sit optandum per se, a virtute profectum vel in ipsa virtute situm. Att. XIII. 28. 3 Multo mehercule magis nunc opto casum illum, quem tum timebam, vel quemlibet. Fam. XVI 12. 1 ex. In eum locum res deducta est, ut, nisi qui deus vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus. Phil. XIV 3. 8 ex. L. Antonius, insigne odium omnium hominum vel, si etiam di oderint quos oportet, deorum. Pet. cons. 1. 6 Praeterea adolescentes nobiles elabora ut habeas vel ut teneas studiosos quos habes. Tusc. IV 25. 55 ex. Ipsam illam iram centurio habeat aut signifer vel ceteri, de quibus dici non necesse est, ne rhetorum aperiamus mysteria. Non licuit Ciceroni dicere nec **Vel** signifer nec **Aut** ceteri. Centurionem enim potius an signiferum appellaret prorsus nihil intererat, nihil enim imprudentius est eorum opinione, qui per **Aut** diversas tantummodo res discerni possunt; verum **Ceteri**, de quibus dici non necessse erat, quippe quo in numero ipse esset Cicero, tantum distant ab illis, ut recte potuerit utrosque ita distingue **Non modo** centurio aut signifer, **sed etiam** ceteri. — Tusc. III 16. 35 Non est — in nostra potestate fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio vel oblivio. Et dissimulare mala facile quis in nostra potestate esse dixerit, obliisci multo minus. Or. 53. 177 Aures enim vel animus aurium nuncio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem. Aures enim, quidquid eas pepulit, nunciant. (Acad. II 25. 79) animo, atque is potius quam aures suo in vocibus metiendis judicio utitur. Att. V 1. 2 Et sunt aliquot satisdationes secundum mancipium veluti Memmiorum vel Atilianorum. Atiliana potius quam Memmiana vocari licere praedia illa videtur demonstrare. Fin. II 11. 35 Tres sunt fines expertes honestatis, unus Aristippi vel Epicuri. Cum Epicuro enim multo magis quam cum Aristippo Ciceroni res erat. de Or. II 83. 339 Acclamatio adversa — excitatur — hominum offensione vel invidia i. e. vel etiam. Att. XI 23. 3 si modo recte scribitur O di, generumne nostrum, ut hoc vel tabulas novas? particula **Vel** aut **Etiam** sonat aut **Vel etiam**. Fin. II. 25. 81 In omni enim arte vel studio vel quavis scientia vel in ipsa virtute optimum quidque rarissimum est. Virtuti ipsi plus tribui quam artibus omnibus vel pronomen virtuti adjectum declarat, etiam primum et alterum **Vel** cum correctione dici demonstravit Madvig.

Acad. II 26. 82. Epicurus posse putat etiam minorem esse eum (solem) quam videatur, sed non multo, ne majorem quidem multo putat esse, vel tantum esse, quantus videatur, ut oculi aut non multum mentiantur aut nihil. Quoniam id agit Epicurus, ut nunquam sensus mentiri probet, cum majorem aut minorem non multo posse solem esse, quam videatur, concessit, recte per **Vel** adjungit id, quod proprius a vero abesse vult.

Sed eadem sententia sic profertur Fin. I. 6. 20 ex. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito in geometriaque perfecto, huic pedalis fortasse; tantum enim esse censem, quantus videtur, vel paulo majorem aut minorem\*). Saepe enim rem non tam suo judicio potiorem addit Cicero per illud Vel, sed quam si quis preferendam duxerit, per se licere significet, eodem modo quo differunt Vel potius et Vel etiam. Quid autem aliud significat *Vel etiam* cum in aliis tum in iis exemplis, in quibus *Si vis, ut tuo verbo utar, si mavis, si volunt, sane addita sunt?* Manifesto ita dicitur Att. XVI. 4. 1 Ut heri tibi narravi vel fortasse hodie, neque aliter opinor Phil. XIV. 6. 15 Hoc triduo vel quatriduo. (cf. Colum. XII. 46 Triduo vel etiam quatriduo. Cic. d. Or. II. 19. 79 Quatuor, quinque sexve partes vel etiam septem) Itaque quotiescumque duo ejusdem rei vocabula per vel conjunguntur, non tamquam paria cumulantur, sed alterum si quis malit fortasse aptius ad rem accommodari posse intelligitur, et ut Zumptius erravit quum semper inesse in hac particula vim corrigendi voluit, sic Madvigius, cum nonnunquam aliud nomen tantum adjungi dixit. Ita puto interpretandos esse hos locos Fin. III. 16. 53 Necessere est nec bonum esse nec malum hoc, quod praepositum vel praecipuum nominamus, quamquam eadem verba distinxit conjunctione *Aut* IV. 26. 72 Ista quae dixisti, — bona non dico, sed dicam graece προηγμένα, latine autem producta, sed praeposita aut praecipua malo, sic tolerabilius et mollius. Sed ut hoc loco malle se ait proposita aut praecipua appellare ea, quae graece dicantur προηγμένα, quam producta, ita poterat profecto alio loco usitatius vocabulum dicere fortasse alicui commodius videri. Praeclare igitur convenit quod, quae Cicero quidem praeposita vel praecipua dicit, (poterat etiam Producta vel praecipua et Producta vel praeposita) eadem ipsi Stoici Praecipua vel producta appellare dicuntur Tusc. V. 16. 47. Fin. II. 19. 60 Transfer idem ad modestiam vel temperantiam, ad quem locum Goerenz verba *Vel temperantia „ex glossa accessisse“ putat, „quod σωφροσύνη licet auctor pluribus saepe nominibus effera, nullo tamen ea loco per Vel jungat, semper per copulam“, quod Madvizio quoque ita visum est alia de causa magis probabili.* Utut est, si Cicero scripsit *Vel temperantiam*, non „sine correctione tantum adjunxit“, sed temperantiae nomen aptius sibi videri ipse significavit loco a Goerenzio allato Tusc. III. 8. 16 σωφροσύνη, quam soleo equidem tum temperantiam tum moderationem appellare, nonnumquam etiam modestiam. cf. ib. III. 8. 18 Frugi vel, si mavis, moderatus et temperans. Simillime Tusc. III. 11. 24 ex. Altera cupiditas recte vel libido dici potest, itaque solet ἐπιθυμίαν appellare; quum vero varia perturbationum genera accuratius distinguit, ipsam libidinem pressius definit *Vel cupiditatem effrenatam* IV. 6. 12 ex. Ibid. IV. 6. 13 ήδονή explicatur Laetitia gestiens vel nimia. Neque adeo rara est haec synonymorum copulatio, ut Zumptius, Goerenzius, Madvigius videntur opinati esse. Nat. D. I. 15. 4 ex. Qui (ardor coelestis) aether vel coelum nominatur alii melius explicarunt quam Madvigius, ut F. Schultz §. 223: Oder das für lieber das lateinische Wort. Tusc. IV. 24. 53 Fortitudo sic definitur Affectio animi legi summae in perpetiendis rebus obtemperans vel conservatio stabilis judicii in iis rebus quae formidolosae videntur subeundis et repellendis vel scientia

\*<sup>o</sup> Ibid. §. 21. Ita quae mutat ea corruptit, quae sequitur tota sunt Democriti. Atomi — —. Malum Democritia.

rerum formidolosarum contrariarumque aut omnino negligendarum conservans earum rerum stabile judicium, vel brevius — scientia rerum perferendarum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo summae legi parens sine timore, itemque ibid. 21. 47 Ita definit, ut perturbatio sit aversa a ratione contra naturam animi commotio, vel brevius, ut perturbatio sit appetitus vehementior. Inv. II. 13. 44 In quo quaeritur, num quo alio modo commodius potuerit fieri vel a fortuna administrari.

Rab. Post. 8. 21 in loco corrupto tantum intelligitur Rabirium quidquid fecerit suo periculo fecisse dici, non Gabinii comitem vel sectatorem. Ego interpretor Oder gar, nam in sententia negativa per Vel recte id adnectitur, quod, cum amplius sit quam id quod praecessit, (nam sectatorem esse majoris officii est quam comitem) multo minus fieri posse videatur.

Huic quodammodo contrarium est nec tamen alienum ab ea quam quaerimus particulae hujus natura ac vi, quod praegressa negatione etiam ea addit, *quae ne ipsa quidem recte dici posse mireris*. Nam sicut per Sed etiam, neque etiam, aut etiam, atque adeo (exempli canssa affero Fam. XV. 2. 5 Ut — insidias neque regno diceret se aut intelligere fieri aut etiam suspicari. I. 9. 17 Tantum enitor, ut neque amicis neque etiam alienioribus — desim. Verr. III 61. 141 Si qui pudor in te atque adeo si qui metus fuisset) non solum graviores et ampliores res nec per Non modo leviores tantum et humiliores inducuntur, sed per illud etiam hae, illae per hoc, sic particula Vel non modo quasi ascendit ad majora et potiora, sed etiam ad minora descendit, et non aliter atque Sed etiam et Non modo recte vertitur Oder auch nur. Ut enim expressius Tusc. V 32. 89 ex. Cur pecuniam magno opere desideret vel potius cur curet omnino? sic ibid. I 10. 21 Neque in homine inesse animum vel animam nec in bestia. Q. fr. I. 2. 15 Cum Gabinum de ambitu vellet postulare neque praetores diebus aliquot adiri possent vel potestatem sui facerent Caec. 25. 75 Judica hoc factum esse aut nunquam esse factum vel cogitatum. Hoc Vel cogitatum si recte scribitur, bene explicavit Weissenborn §. 358. 3. Rep. II. 38. 64 ex. Nec tamen didici ex oratione tua istam ipsam rempublicam, quam laudas, qua disciplina, quibus moribus aut legibus constituere vel conservare possimus. Itemque sine negatione ut repetita particula Fam. IX. 17. 1 Habuisti in tua potestate, ex quo vel ex sobrio vel certe ex ebrio scire posses, et addita particula Etiam de Or. III. 45. 179 Referte nunc animum ad hominum vel etiam ceterarum animantium formam et figuram, sic unum Vel est i. q. Vel certe, et recte. Nam cum per unum Vel non eligendi optio detur, utrum quis malit, sed hoc declaretur, dubium esse an alicui alterum magis placeat, quid impedit, quominus prius vocabulum quasi latius diffusum restringendo corrigatur? Caec. 6. 16 Cum id plerique scirent, omnes fere audissent vel conjectura assequi possent. Phil. XIV. 13. 34 Atque utinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris consultisque possemus vel aliqua talis iis adhiberi publice posset oratio, qua deponerent maerorem atque luctum gauderentque potius, quo loco non negligendus est pronominis quod est Aliquis usus. cf. de Or. II. 57. 232 Vel facile vel certe aliquo modo. Neque vero recte puto Madvigium hanc particulam delendam censuisse Fin. IV. 16. 43, quod nunquam esset Saltem: Is hoc melior quam Pyrrho, quod vel aliquod genus appetendi dedit, nec melius mihi videtur K. Fr.

Hermann consuluisse loco Fam. XI. 22. 2 Quare etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere, cum corrigeret Quam etsi — tamen velut in Parerg. crit. VII. Philol. X.

Restant quatuor loci qui pugnant cum hac ratione. Atque de Or. II. 84. 341 scribitur Sed tamen, quoniam est utendum aliquando (laudationibus), nonnunquam etiam scribendum, *velut* Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit C. Laelius, *vel ut* nosmet ipsi ornandi causa Graecorum more si quos velimus laudare possimus, sit a nobis quoque tractatus hic locus, quem locum ita explicat recentissimus editor Piderit, ut *Velut* exemplum adiungere, *Vel ut* tertiam causam afferre censeat, quare hic quoque locus tractandus videatur. Ego duas omnino causas proferri existimo, quarum alterius, quae posita est in scribendarum laudationum munere, usus illustretur duobus exemplis, scribi enim posse laudationes *vel ut* scripserit Laelius, *vel ut* Graeci scribere consuerint atque ipse eorum exemplo possit. Quam interpretationem ne quis eo redargui existimet, quod Graecorum non scriptae, sed dictae laudationes intelligentur (et sane non dixit Laudationes scribere, sed Laudare aliquos), de scriptis tantum Graecorum libris se loqui ipse paulo ante demonstravit, cum Graecos magis legendi et delectationis aut hominis alicuius ornandi quam utilitatis — causa laudationes scriptitavisse dixit, in quo cave haec verba Legendi et delectationis aut hom. al. orn. causa interpreteris: Zum Lesen und (ausserdem) zum Vergnügen oder (drittens) um Jemand zu loben, est enim potius: Zum Lesen und zwar entweder zum Vergnügen oder um Jemand zu loben. Scribendum est igitur ut dixi *Vel ut* — *vel ut*. Postquam haec scripsi, Ellendium video *Velut* — *velut* edidisse, alias *Vel* delevisse. Inv. I. 30. 48 ex. *Velut* Horatii factum — *vel ut* Gracchi patris factum prius exemplum in eodd. et edit. fere omnibus omissum est.

Deiot. 6. 18 Quid ait medicus? Nihil de veneno. At id fieri potuit primum occultius in potionē vel in cibo, deinde etiam impunius fit. Vel in nullo videtur libro mscr. esse, ac *Vel* in cibo Ernesti alia de causa delendum censuit.

Rep. I. 26. 41 Eiusmodi coniunctionem tectorum oppidum *vel* urbem appellaverunt. Hunc locum accidit ut Nonius servaverit ita ut et in omnibus editionibus legitur et in palimpsesto scriptum esse Mai auctor est, sed vereor ne, quae verba Nonius non nihil ut opinor immutata memoriae mandavit, eadem etiam in libro illo mscr. legisse sibi visus sit Mai, cuius hominis fidem denuo nuper admodum extenuatam esse video libro qui inscribitur Schedae criticæ, in quibus retractantur palimpsestus Tullianus de rep. cet. Scripsit G. N. Du. Rieu. Lugd. Bat. 1860, quem librum doleo me adhuc parare non potuisse.

Ib. II. 28. 51 ex. Est igitur fragilis ea fortuna populi, quae posita est in unius, ut dixi antea, voluntate vel moribus. Ante verbum Voluntate particulam *Vel* perisse suspicor.

In Acad. reliquii incertis, quae leguntur in Klotzii edit. IV. III. p. 258, ab Augustino excerptis haec verba Quae probabilia vel veri similia putavi nominanda potest Cicero ita scripisse, at ib. Ergo Zeno vel Chrysippus si interrogetur, quis sit sapiens, respondebit — et ib. Contra Epicurus vel quis alius procul dubio, ut loquitur Augustini ore M. Tullius, non magis sunt ipsa Ciceronis verba quam quae nunc leguntur

in libri III. de rep. reliq. inc. IV. II p. 315 Klotz **Non enim iura dicenda sunt vel putanda iniqua hominum constituta**, quae pertinere ad libr. I. c. 25 alio loco dixi.

Conjunctivi praesentis alteram personam sine negatione pro imperativo a scriptoribus aureae aetatis usurpari non solere inter grammaticos constat. Atque ii quidem, qui separatim de Cicerone loquuntur, Zumptius et F. Schultzius, ille rarissime (§. 529), hic (§. 340) interdum conjunctivi quam dixi formam ponit dicunt, accuratus recentissimus selectarum epistolarum editor Fr. Hofmann in epistolis quidem multos locos ait inveniri (I. p. 157 ad Fam. XVI. 9. 4), qui hanc legem evertit videantur, quorum Zumptius tres (Q. fr. I. 3 ex; Att. X. 15 ex; XIV. 1. 2), Schultzius unum (Att. X. 15 ex.) enumeravit, ipse Hofmannus quatuor alios (Att. VI. 9. 5; XII. 29. 2 et, ne quid praeteream, IX. 18. 3 *Actum ne agas*, de quo non opus est verbum facere, ac XIII. 23. 3 qui locus emendatus est\*). Ex omni autem numero octo non amplius locos a libraris corruptos editores nimis religiosi vel potius parum emendandos non censuerunt, reliquos ipsi corruperunt. Sunt autem omnes illi ex epistolarum ad Att. libris, quos omnium pessime habitos esse nemo ignorat. Nam et pro eo, quod Klotzius ex antiquioribus editionibus revocavit Patiamini Cluent 30. 83, recte Baiterus restituit Patimini (cf. Flacc. 24. 58 ex.), quamquam etiam Frg. p. 214. 40 Klotz Patiamini legitur, neque Inv. I. 45. 83 ex. Nam si veretur, accuses —, si inverendum animi ingenium possidet, tamen accuses, neque Caec. 30. 88 (quem locum Weissenborn §. 179 A. 2 attulit) Unde dejecisti, eo restituas, neque de Oratore II. 64. 258 *Agas asellum*, Ciceronis verba sunt, et Verr. V. 68. 174 Quam ob rem te quoque Hortensi, — moneo: videoas etiam atque etiam et consideres vel sic distincta oratione Videas positum esse pro **Ut videoas**, non pro **Vide** manifestum est. Jnv. II. 10. 33 Si avaritia inductum arguas fecisse et quem accuses demonstrare non possis, aliis affinem vitiis esse doceas non videtur recte omitti **Ut**, quod est in plerisque editionibus et paene necessario requiritur ad conficiendam constantem hanc exemplorum inducendorum formulam, praesertim in his libris, quibus nihil est minus varium

\*) Quem praeter illum Schultzius protulit, ut probaret vetare quoque licere conjunctivi praesentis secunda persona Att. XIV. 1. 2 **Ne pigrere**, eundem videtur Zumptius notasse, neque enim in illa epistola alter hujusmodi locus extat, falso uterque, nam numquam Cicero ita scripsit, excepto uno loco, de quo v. Madv. opusc. II. 105 ex., sed scripsit Quaeso ne pigrere. Nam ne quem Klotzii aliorumque ratio Cluent. 2. 6 ante haec verba Deinde si quam opinionem jam vestris mentibus comprehendistis —, ne repugnetis eamque remittatis punctum ponentum moveat, ut **Ne repugnetis eamque remittatis** non pendere ex eo quod praecessit Haec postulo, judicet, vis verendum est. Ne cui autem, quae tanto spatio disjuncta sint, contra naturam conglutinare videamur, Vatin. 15. 36 ex. haec verba Ob hasce omnes res sciasne, ab iis ad quae referenda sunt Volo audire de te (15. 35) viginti duobus versibus et haec Eequid audieris (16. 38) ab illis Audire de te cupio (15. 37 in.) duodecim distant. At de comicis qua solet confidencia falsissima tradidit Madvigius l. l., nam quod ait **Ne facias apud comicos „rarissimum esse et paene unusitatum“**, tantum abest ut verum sit, ut illud **Ne facias** multo frequentius sit quam **Ne feceris**, apud Terentianum Andr. 789. 980. Eun. 212. 273. 388. 786. 987. 1080. Heaut. 745. 783. 939. Phorm. (419) 768. Hec. 342. Ad. 22. 942. (Andr. 704. 706. Heaut. 292. 1028. 1049. Phorm. 945 Ad. 113. 160) et **Ne fac** Andr. 384. 443. 868 Eunuch. 95. Heaut. 84. 89. 564. 975. 1052. Phorm. 664 Ad. 279. 802, nec **Facias** rarum est Andr. 598. 649. 802. 832. 906. Heaut. 177. 345. 619. Phorm. 69. 540. 689. Hec. 391. 638. 699. 810. Ad. 372. 431. 622. (Heaut. 1049).

ac multiplex in distinguenda connectendaque oratione et in verborum usu atque collocatione \*), cf. paulo ante Ut si quem — possit cet. et quod similius est 34. 104. Ut si — dixeris, — possis. Fam. XV. 17 ex. Et amabo te, cum dabis posthac aliquid domum litterarum, mei — memineris idem est dicendi genus, quo non raro utuntur comici, cum verbo Amabo subiiciunt particularum Ut, et ipse Cicero Q. fr. I. 4. 1 amabo te ne — adsinges, de quo loco v. Madv. Opusc. II. 106.

At in epistolis plurimis locis prava interpunctione si nihil aliud certe apta orationis structura disturbata est. Quid? quod Att. V. 12. 3 ne intelligi quidem, quantum equidem video, potest illud Cui rei fugerat me describere, de strue laterum, plane rogo. De aqua, si quid poterit fieri, eo sis animo, quo soles esse. Deleto puncto haec existit sententia De strue laterum plane (unter allen Umständen) rogo eo sis animo quo soles esse, de aqua (quoniam plane non possum) rogo, si quid fieri poterit (wo möglich), eo sis animo. Non melius distinguunt ib. XI. 24 ex. Tu tamen velim, si quid erit quod consolationis aliquid habeat, scribas ad me. Sin, ut perspicio, nihil erit, scribas id ipsum. Apparet sic cohaerere orationem Si quid consolationis erit, hoc velim ad me scribas, sin nihil erit, id ipsum nihil esse, velim ad me scribas. Idem verbum **Velim** ad duos coniunctivos pertinens inepta distinctione avulsum est ab altero ib. XV. 26. 5 Novi si quid erit atque etiam si quid prospicies, quod futurum putes, scribas ad me quam saepissime velim. Varroni, quemadmodum tibi mandavi, memineris excusare tarditatem litterarum mearum. Nihil enim usitatus est in huiusmodi mandatis omissa particula copulativa. Fam. XIV. 14. 2 His de rebus velim cum Pomponio — consideretis, ad summam animo forti sitis. Fam. V. 2. 6 Primum hoc velim existimes —, deinde, si qua ego in re fratri tuo reipublicae causa restiterim, ut mihi ignoscas — —; si vero salutem contra illius impetum — defenderim, satis habeas nihil me etiam tecum detui fratris iniuria conqueri, in quo loco ante **Si vero** vulgo punctum positum est in editionibus. Minus falso distinxerunt locum vel propter insertam coniunctionem **Ut** simillimum Fam. X. 6. 3 Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium societate — seiungas, deinde te senatus — ducem praebetas, postremo ut pacem esse iudices non in armis positis. cf. XI. 7. 2 Caput autem est hoc, ut ne — auctoritatem senatus expectes — —, ne et tuum factum condemnnes — — et adolescentem — — iudices temere fecisse — —, denique — — cives optimos deuentes fuisse iudices. XI. 20. 3 Illud vide ne — cogare et — occurras, primum — facias, deinde — — censeas. Haec recte in libris scribuntur, at quae sequuntur sic sunt emendanda Att. X. 15 ex. Vettieno velim gratias, quod studiosus est, si quemquam nactus eris, qui perferat, litteras des antequam discedimus. Qu. fr. I. 3 ex. Etiam Terentiam velim tueare mihi que de omnibus rebus rescribas, sis

\*) Singulare eoque suspicuum est hoc quoque, quod criminum intentione et depulsione proposita, ratio nusquam non inducitur particula **Enim** (II. 17. 52; 20. 60; 21. 62; 63 ex.; 23. 70; 24. 73; 26. 79; 29. 87; 30. 92; 31. 97) exceptis duobus locis 31. 95 Nescivi non licere et 32. 98 Vi et necessario sumus in portum coacti, in quo utroque loco ut facilis fuit illius particulae iactura, ita restitutio est prompta. Ib. II. 33. 102 nescio an scribendum sit Defensoris conquestio et calamitatis ejus — et de fortunae potestate. Orelli: Conquestio calamitatis, Klotz: Conquestio est calam.

fortis, quoad rei natura patietur. Pet. cons. 8. 30 Postea totam Italiam fac ut in animo ac memoria tributim descriptam (descriptam potius) comprehensamque habeas, ne quod municipium, coloniam, praefecturam, locum denique Italiae ne quem esse patiare, in quo non habeas firmamenti quod satis esse possit, (§. 31) perquiras etiam et investiges homines ex omni regione, eos cognoscas, appetas, confirmes cet. Ib. 9. 35 Jam illud teneto diligenter, si eum, qui tibi promiserit, audieris fucum ut dicitur facere aut senseris, ut te id audisse aut scire dissimules, si qui tibi se purgare volet —, affirmes te — nunquam dubitasse. Fam. X. 16. 2 Tu hoc animo esse debes, ut nihil hue relictias neve — a senatu consilium petendum putas, ipse tibi sis senatus, quounque te ratio reipublicae ducet, sequare, cures ut ante factum aliquod — audiamus quam futurum putarimus. Fam. XIV. 21 Da operam ut convalescas, quod opus erit, ut res tempusque postulat, provideas atque administres et ad me de omnibus rebus quam saepissime litteras mittas. Att. IV. 6 ex. Epistolam — fac ut ab eo sumas, — eumque ut approparet adhorteris et — agas gratias, domum nostram quoad poteris invisas, Vestorio aliquid signifies. Att. V. 1 ex. Reliquum est, ut — mandata nostra exhaustias, scribas ad me omnia, Pompotinum extrudas, cum praefectus eris cures ut sciām, sic habeas nihil mehercule te mihi nec carius esse nec suavius. Q. fr. I. 1. 35. Potes etiam tu id facere quod et fecisti egregie et facis, ut commemores, quanta sit in publicanis dignitas, quantum nos illi ordini debeamus, ut remoto imperio ac vi potestatis et fascium publicanos cum Graecis gratia atque auctoritate coniungas, sed et ab iis, de quibus optime tu meritus es, et qui tibi omnia debent, hoc petas ut —.

Fam. XVI. 9. 4. Reliquum est ut te hoc rogem et a te petam, ne temere naviges (solent nautae festinare quaestus sui causa), cautis sis, mi Tiro, (mare magnum et difficile tibi restat) si poteris, cum Mescinio, (caute is solet navigare) si minus, cum honesto aliquo homine. Similiter interrupta comprehensio est Fam. VIII. 4. 5 Saepius te admoneo de syngrapha Sittiana, cupio enim te intelligere eam rem ad me valde pertinere, item de pantheris ut Cibyratas arcessas curesque ut mi vehantur; practerea nunciatum nobis est et pro certo iam habetur regem Alexandrinum mortuum; quid mihi suadeas, quomodo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. Hoc loco nisi coniunctivi Arcessas curesque aperte subiecti essent coniunctioni Ut praecederetque etiam Item de pantheris, fortasse num illi pertinerent ad verbum Admoneo dubitaretur, quod ne fieri posset ne in hoc quidem Perscribas, illorum conjunctivorum exemplo factum esse videtur. Denique, etsi non prorsus eiusdem est generis, Fam. XIII. 64. 1 Itaque si ea feceris, quae ille per me tecum agi voluit, gratissimum mihi feceris, primum de Pausania Alabandensi sustentes rem, dum Nero veniat; vehementer eius causa cupere eum intellexi, itaque hoc valde te rogo, deinde Nysaeos — habeas tibi commendatissimos.

Non multo acriore remedio opus est ad sanandum hunc locum quam emendata interpunktione Att. XV. 26. 4 M. Aelium cura liberabis — —. Item de illo Tulliano

capite libere cum Cascellio loquare, in quo necessario restituendum esse Loquere miror quemquam fugere potuisse; unus Orellius malim inquit Loquere. Accedunt hi Att. VI. 9. 5 Tu mihi ut polliceris de Tulliola mea id est de Dolabella perscribas. V. 10 ex. Cum primum poteris, tua consilia ad me scribas. XII. 37. 4 Tu mihi de Caninii naufragio quasi dubia misisti. Scribas igitur, si quid erit certius. IV. 4. a. ex. Quo die venies, utique cum tuis apud me sis. IV. 18 ex. Quo die ad me venies, tu, si me amas, apud me cum tuis maneas. V. 15. 3 Sed feremus, modo, si me amas, sim annuus. Adsis tu ad tempus, ut senatum totum excites. XII. 29. 2 Mihi persuasum est et eo magis, quod idem intellexi tibi videri, me ab Oppio et Balbo valde diligi. Cum his communices, quanto opere et quare velim hortos, \*) in quibus locis si quis est qui coniunctivum ferri posse credat, Ciceronem innumerabilibus locis imperativo aliisque usitatis imperandi formulis usum esse, in ceteris libris ne semel quidem, in epistolis ad Atticum septies coniunctivum usurpare voluisse existimet oportet. Nam unum locum ex ceteris epistolis Fam. IX. 16. 7 Tum enim cum rem habebas, quaesticulus te faciebat attentorem, nunc cum tam aequo animo bona perdas, non eo sis consilio, ut — putas vix est quod in hoc numero reponamus. An censemus non modo Ciceronem sed quemquam scriptorem Latinum sic locutum esse Non eo sis consilio ut putas? Fortasse Cicero scripsit Non eo sis censeo animo.

Mihi quidem nunquam persuadetur, qui in uno epist. ad Att. libro XII decies Scribes (1. 1; 17; 18. 3; 22. 2; 27. 2; 28. 1; 29. 1; 31. 3; 33. 1; 38. 2), quinques Velim sribas (14. 4; 24. 1; 45. 1; 49 ex.; 52. 1), aliquoties Scribe, innumerabilibus locis alia eiusdem generis scripserit, eundem ter omnino in omnibus quae reliquerit scriptis Sribas, quater aliquid simile admisisse, praesertim cum omnium fere horum locorum verba ita sint comparata, ut gravissimam dubitationis causam habeant. Nam Att. VI. 9. 5 utraque editio princeps non Persribas habet, sed Persribes, V. 10 ex. sribas velim Lambinus, Orelli et hic et XII. 37. 4 Sribes malle se dicit IV. 18 ex. in codd. est non Tu si me amas, quod Faernus correctit, sed Ut si, ex quo conicere licet hoc quoque in loco Utique scribendum esse. Locus V. 15. 3 totus e conjectura restitutus est, nam libri scripti paene nullum verbum integrum reliquerunt. Denique XII. 29. 2 ante haec verba Cum his communices in codd. scriptum est eiusmodi vocabulum: Si, sit, sic. Quid autem potissimum quoque loco Cicero scripserit, utrum imperativum, an Velim, an Fae, an Rogo aut quid aliud difficultius est diuidieare, quam quid scribere non potuerit, quamquam illud Sribas et persribas tribus omnibus locis in Sribes et persribes mutandum esse ipse quoque censeo, Att. 4. a. ex et IV. 18 ex. post Venies intercidisse Velim licet suspicari.

At vero tres sunt loci praeter id genus, de quo dixerunt Madv. gramm. §. 386. A. 1., Zumpt §. 529. A, quibus coniunctivi alteram personam ab ipso Cicerone, non imperativum, positam censem. Att. I. 17 ex. Quid aliud scribam ad te? quid? Multa sunt, sed in aliud tempus. Te si expectari velis, cures ut sciām, Fam. XIV. 4. 3 Quid nunc rogem te ut venias? Non rogem? Sine te igitur sim? Opinor sic agam: si est spes nostri redditus, eam confirmes et rem (Romae coniecit Koch) adiuves;

\*) In iis quae praecedunt Huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius, et de hac re quid tui consilii sit apparet perisse vocabulum quale est Expecto simileve.

sin — transactum est —, fac venias, Fam. IX. 26. 1 Quid ergo faciam? Te consulo, qui philosophum audis. Angar, excruciemne me? Quid assequar? Deinde quem ad finem? Vivas inquis in litteris. Sunt hi ex eodem genere, in quo multo frequentiores sunt conjunctivi imperfecti et plusquamperfecti, de quibus solis praecipiunt grammatici, (Madvig. gramm. §. 351, b. A. 4, ad Fin. II. 12, 35 (Bemerkungen p. 80 N.) Zumpt §. 529 A. cf. Krueger §. 460 A.) ut Rab. Post. 10. 29 Moreretur inquies, nec minus in secunda persona; praesentis casu factum puto, ut non plura exempla reperiantur. Nec est omnino hujus conjunctivi eadem vis ac potestas quae imperativi, non enim tam imperantis est quam censentis ac suadentis, atque ut consulenti Quid facerem recte respondetur Viveres, sic ad illud Quid faciam i. e. quid ut faciam mihi auctor es, aptum est Vivas i. e. censeo vivas, non vive. Cf. Fronto eloq. 3. 3 Aut\*) imperarent gestu censeo ut histriones, aut nutu ut muti. Plaut. Rud. 379 Quid faceret? — Si amabat, rogas quid faceret? Asservaret dies noctisque, in custodia esset semper. Ceterum in eo exemplo quod primo loco posui conjunctivum Cures quodammodo aptum esse ex eo quod praecedit verbo scribendi, ipse conjunctivus Velim docet, nam qui puncto ante pronomen Te posito comprehensionem verborum distraxerunt, scire velim, quomodo conjunctivum explicare posse sibi videantur. Similiter Fam. XIV. 4. 3 coniunctivi Confirmes et adiuves referendi sunt ad Opinor sic agam.

Att. XIII. 6. ex. Operam tuam multam, qui et haec cures et mea expediās et sis in tuis multo minus diligens quam in meis. De his verbis primum hoc mihi concedi velim satis molestam esse in exitu epistolae ipsam exclamantis vocem O multam operam tuam, praesertim cuius opera in ipsa epistola vix facta sit mentio, deinde etiamsi ego concedam ejusmodi sententiam commode isto loco poni, illis quidem eam verbis dici a Cicerone potuisse nego, neque enim omissurum fuisse particulam O, neque substantivo, in quo non multum ponderis inest (nam **opera** non est **labor**) praeposito tale adjективum quale est **Multus** potius quam **Infinitus**, **incredibilis** appositurus videtur. In vocula O hujusmodi accusativis praeponenda tanta Cicero usus est constantia, ut rerum nominibus in ceteris scriptis centum et quadraginta locis praeposuerit, nusquam omiserit\*\*), in epistolis ad Atticum sexaginta locis vel nostri codices servaverint, quinque non exhibeant, quorum duo ab initio litterarum sunt XIII. 33 Negligentiam miram, et XIII. 44 Suaves tuas litteras (cf. II. 12. 1 O suaves epistolas tuas), tertium vix licet numerari II. 14. 2 Occasionem mirificam, quartus est X. 10. 6 Vim incredibilem molestiarum, quintus XIV. 5. 2 Meam stultam verecundiam. Sed in hominibus appellandis illud O non raro omittitur. Exempla haec sunt

\*) Imperite Heindorf: Potius Ut.

\*\*) Nisi forte haec quis pro certis exemplis habebit Tusc. I. 35. 86 Ineptum sane negotium, Div. I. 35. 77 Praeclarā vero auspicia. Cf. Tusc. II. 7. 17 Magna mehercule laus, Verr. III. 84. 194 Improbū facinus, Att. II. 13. 1 Facinus indignum. Cluent 60. 168 et Phil. XIII. 16. 33 Magnum crimen. Phil. II. 24. 59 ex. Magnum beneficium. Tusc. III. 19. 46 Praeclarū carmen. Cf. Verr. V. 63. 163 O nomen —, o jus —, o lex. In Verr. III. 60. 138 alii recte scripserunt O impudentiam singularem, Klotz falso sine interjectione, cf. Phil. VI. 5. 13 O impudentiam incredibilem, idemque Att. VII. 25 Rem miseram et VIII. 5. 1 Sed meam mansuetudinem, vulg. O rem miseram et Sed o meam mansuetudinem.

Fam. V. 2. 8 Hominem gravem, Rep. I. 38. 59 Te, te infelicem (dubito an verius sit Heu te infelicem), Frg. p. 298. 20 Klotz Bellum hominem, Cael. 26. 63 Testes egregios, Dejot. I. 2 Crudelem Castorem, Phil. XI. 6. 13 Hominem ridiculum, Fin. V. 21. 58 ex. Beatum, cui —, Tusc. V. 63. 104 Constantem hominem, Att. X. 10. 1 Me eaeum; X. 3. a. 2 Homines ridiculos, Mil. 23. 63 ex. Miseros interdum eives, Fin. II. 30. 96 Miserum hominem, Att. IX. 12. 1 Miseros nos, denique Me miserum Att. II. 19. 1; III. 20. 1; IX. 6. 6; Fam. XIII. 11. 2 ex.; XIV. 1. 1; ibid. 5; Q. fr. I. 4. 4; Flacc. 41. 103; Phil. II. 26. 64. Heu me miserum semel invenitur Phil. VII. 4. 14 praeter poëtarum locos Tusc. IV. 20. 45; 34. 73. Nescio an in hoc numero habendi sint etiam quatuordecim ordines Att. 15. 3 ex. Praeclaros etiam XIV ordines. Sustuli supra e numero exemplorum hos locos Phil. X. 3. 7 Tantamne patientiam, di boni, tantam moderationem, tantam in injurya tranquillitatem et modestiam! Verr. V. 25. 62 Huncine hominem, hancine impudentiam, judices, hanc audaciam civitatibus — pecuniarum summas discribere! Att. XI. 23. 3 O di! generumne nostrum potissimum! X. 18. 3 Ecquem tu hominem infeliciorem? Phil. VI. 5. 12 Populi Romani igitur est patronus L. Antonius? Malam quidem illi pestem, in quibus omnibus locis particula O locum non habebat, neque vero Phil. XIII. 11. 25 Turpem vero actionem, nec Font. 3. 4 Deorum hominumque fidem (Div. Caec. 3. 7; Verr. III. 60. 137; IV. 4. 7; Tusc. V. 16. 48 cet. Pro deum hominumque fidem!). Denique afferendus est locus Fam. VII. 7. 2 Imperatorem liberalissimum, aetatem opportunissimam, commendationem certe singularem, non quo pugnet, si modo huc referendus videtur, cum mea sententia, sed addendum videtur Habes \*).

Sed ut redeam unde orsus sum, non solum litteram O Ciceronis orationi restituere in animo est, sed etiam alteram syllabam, quam propter similitudinem proximae neglectam esse puto. Ut brevi comprehendam, sic mihi scribendum videtur Operam tuam **multum amo**, qui —. **Multum, plus, plurimum, tantum, quantum amare et diligere** cum apud alios poëtas et oratores (Plautum, Terentium, Catullum, Horatium, Ovidium, Statium, Nepotem, auct. ad Her., Plinium min., Frontonem, Maecenatem apud Suetonium, Suetonium ipsum non item) non raro, tum apud ipsum Ciceronem amplius quadraginta locis inveni. **Amare** est gratias agentis, ut Q. fr. III. 9. 4 De mancipiis quod mihi polliceris, valde te amo. Att. I. 3. 2 ex. Te multum amamus, quod ea abs te diligenter parvoque curata sunt. V. 21. 5; Fam. VII. 24. 1; Att. II. 10 in. Volo ames meam constantiam. Fam. IX. 16. 1; XIII. 62 in; Ruhnk. Ter. Eun. I. 2. 106; Plin. ep. V. 6. 1 Amavi enram et sollicitudinem tuam, cet., cf. de Or. II. 89. 362 Sed te diligimus magnamque tibi habemus gratiam.

---

Pet. cons. 10. 40 Quos laesisti —, iis te plane purgato, necessitudines commemorato, in spem adducito te in eorum rebus, si se in amicitiam contulerint, pari studio atque officio futurum. Pronomine **Tuam** post amicitiam carere non possumus, omissa a libriariis propter similem antecedentis verbi exitum.

---

\*) A Terentio quidem ut eadem lex observata videatur, uno loco correcto opus est Phorm. 134.

Idem accidisse puto Rep. I. 18. 30 ex. Istae quidem artes, si modo **aliquid** valent, ut paulum acuant — ingenia, quo loco nisi post **aliquid** inseratur **Id**, non recte procedere oratio videtur.

Fin. II. 26. 82 in codd. est E quibus unum mihi videbar ab ipso Epicuro dictum cognoscere \*), amicitiam a voluptate non posse divelli ob eamque rem collendam esse, **quod sine** ea tuto et sine metu vivi non posset, ne jucunde quidem posset. Inter vocabula Quod et Sine conjunctionem aliquam excidisse apertum est, Madvigius censet Quom, alii, ut ait ille „minus recte“ Si, quod non conditio, sed causa adiungatur. At enim quoniam, quid potissimum Cicero scripserit, praestare nemo potest, ad conjecturam igitur res redit, Si particulae jactura multo facilius videtur fieri potuisse, de qua quidem Madvig totum falsum judicavit. An errasse Garatonium putamus, qui ad Mil. 2. 6 p. 154 ed. Orelli Nec postulaturi (sumus) ut, si mors P. Clodii salus vestra fuerit, idecirco eam virtuti Milonis potius quam populi Romani felicitati assignetis, quod habent nonnulli codices **Quia mors** „ab interprete esse“ censeat, an vero dubium fuisse Ciceroni, mors P. Clodii utrum salus fuisse populi Romani necne? Imo recte A. W. Zumptius ad Mur. p. 147 „Particula si“ inquit „asseverationem cum modestia conjunctam habet, ut orator, quod certum esse et ipse scit et judices sciunt, id pro incerto ponens, eo acrius preces addat“. Sicillo quoque loco licuit profecto hac particula uti, non quo incertum esset possetne sine amicitia tuto vivi, sed quod non solum conditionalis particulae in re certissima locus est, sed etiam ipsa conclusio hac orationis forma quasi multo firmior certiorque enuntiatur, siquidem haec est conditionalium sententiarum natura, ut, si id quod sumitur concedatur, necessario id quod sequitur effici dicatur.

Contra eadem particula ejicienda mihi videtur Tusc. IV. 17. 39 An ratio parum praecipit nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter aut adeptus efferas te insolenter? nec porro malum, quo aut oppressus jaceas aut ne opprimare mente vix constes? eaque omnia aut nimis tristia aut nimis laeta errore fieri? **Qui si** error stultis extenuetur die, ut, cum res eadem maneant, aliter ferant inveterata aliter recentia, sapientes ne attingat quidem omnino. Ita si interpungatur, recte queritur, quae sit conjunctivi ratio. Hanc ob caussam videtur Bakius correxisse Extenuatur (nihil enim nisi indicativum Bakii nomine adnotavi). Multo vero gravius totius sententiae videtur forma laborare. Nihil enim quod, si error stultis die extenuetur, sapientes ne attingat quidem, consequatur nec a Cicerone additur nec, quantum video, intelligi potest. Quod cum perspicerent, fuerunt qui protas in hanc statuerint. **Qui si** error stultis extenuetur die, apodosin Sapientes ne attingat quidem omnino, in quo nec conjunctivi, nec particulae **Si**, nec ipsius sententiae quae esset ratio nimium laborasse videntur. Sic enim opinor interpretati sunt verba: Die Vernunft lehrt, dass alle diese Masslosigkeiten Resultate einer Verirrung sind. Wenn (i. e. während) diese Verirrung bei Thoren mit der Zeit sich abschwächt —, so bleibt der Weise von ihr ganz unberührt, quae sententia primum latine sic debebat dici **Qui error cum — extenuetur —, sapientes ne attingit quidem, deinde vero pror-**

\*) Nescio an non **Cognoscere** sed **Agnoscere** sibi visus sit. Etsi enim pluribus hujusmodi locis codicum vel consensus vel major pars illud verbum tuetur, tamen in hujusmodi rebus librorum vel praestantissimorum fidem admodum exiguum esse scio nec animum inducere possum, ut sumnum horum verborum discrimen diligentes scriptores plane neglexisse credam.

sus aliena est. Néque enim quid differant stulti et sapientes quaeritur, sed qualis et quantus sit is error, quo ea omnia fiant. Eo enim errore ea omnia fieri docet, quem summum esse vel ex eo appareat, quod, qui in eo versentur, die eum ita extenuari patientur, ut, cum res eaedem maneant, aliter ferant inveterata, aliter recentia, sapientes idem ne attingat quidem omnino. Delendam igitur censeo particulam Si scribendumque Eaque omnia — — errore fieri, qui error stultis extenuetur die —, sapientes ne attingat quidem omnino aut Qui quidem error.

Eandem particulam Si Madvigio auctore recepit Klotz Tusc. II. 25. 60, quos quod Tischer secutus non est, prudenter factum videtur Quia [si], cum tantum operae philosophiae dedisset, dolorem tamen ferre non possem, satis esset argumenti malum esse dolorem. Qui locus quoniam longam desiderat orationem, verbo satis est hic rem tetigisse.

---

Fam. XII. 20 Quodsi, ut es, cessabis, lacebam (te aliquo scripto) nec tua ignavia etiam mihi inertiam afferet. Illud Ut es qui probarunt, interpretati sunt scilicet Quae tua est consuetudo, quod certe mirum esset loquendi genus\*). Mihi videtur emendandum **Diutius**, ex quo, postquam oculorum errore prima syllaba propter similitudinem antecedentis vocabuli periit, facile natum est id quod codices habent. Deinde **Mihi**, additum a Lambino, desideratur cum in aliis tum in cod. Med. Apparet igitur non **Mihi**, sed **MI**, inter haec verba Etiam inertiam interpositum, legentis oculos effugisse, qua forma et qui ad Ciceronem scripserunt et ipse Cicero in familiariore sermone non raro usus est, etiamsi inest aliquantum ponderis ut IX. 15. 3 Ne mi quidem ipsi. Denique **Nec** afferet miror quemquam praetulisse scripturae huic **Ne** afferat, quam Schuetz tacite recepit; alii **Nee** afferat.

---

Initium epistolae Bruti ad Ciceronem Fam. XI. 10 codices atque editores alii aliter, vulgo sic scribunt Non mihi rempublicam plus debere arbitror quam me tibi. Gratiorem me esse in te posse quam isti perversi sint in me exploratum habes; si tamen hoc temporis videatur dici causa, malle me tuum judicium, quam ex altera parte omnium istorum. Cod. Med. sic dicitur habere Sit an hoc tempore is videantur dici causa, mallem —, quod Orelli et Klotz integrum reliquerunt. In vulgari scriptura permulta sunt, quae offensionem habere videantur; primum enim nescio, quomodo Brutus exploratum illud habere Ciceronem, non arbitrari cundem aut se ipsum profiteri scribere potuerit, deinde, quomodo non esse se gratiorem, sed posse esse. Idem videntur alii sensisse cum scriberent Non mihi rem publicam plus debere arbitror quam me tibi nec gratiorem (aut Gratioremve esse) — — perversi sint in me. Exploratum habes — i. e. Nec tamen arbitror „me tam gratum posse esse tibi quam isti malevoli sunt in me perversi“ (J. Fr. Gronov). Vulgo ita interpretantur: Me gratiorem esse in te posse quam isti perversi homines sint in me grati, exploratum habes. Quod si verum esset, ut nihil jam dicam de perversitate sententiae, ipse praepositonis **In**, bis adjectivo quod est gratus adjunctae, usus

---

\*) Forsitan aliquis, Latine saltem, emendaverit **Ut es cessator**, aut **Ut soles**, quorum neutrum probo.

mirabilis esset. Nunc vero cum alterum **In ad Perversos** referatur, eadem illius adjectivi structura non modo tolerabilis est, sed paene necessaria. In reliqua oratione si esset **Nisi tamen**, facilius intelligerem quam illud **Si tamen**. Nam si illud temporis causa dictum videri poterat, causa non est, cur non **hoe quoque**.

Mihi sic emendandus videtur locus. Non mihi rem publicam plus debere arbitror quam me tibi, nec gratiorem me esse in te posse (aut Gratiorem me esse in te non posse) quam isti perversi sint in me. Exploratum habes, sit ita **an** (Med. ut dixi **Sit an**) hoc temporis videatur dici causa, malle me tuum judicium quam ex altera parte omnium istorum. Asperior haec et disjuncta verborum compositio decere videtur Bruti λαχωνισμόν.

---

Phil IX. 1. 3 Ego autem — sic interpretor sensisse maiores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quaerendum. Etenim cui legatio **ipsa morti** fuisset, eius monumentum extare voluerunt, **ut in bellis periculis obirent homines legationis munus audacius**. Esse aliquid alicui posse laudi, dedecori, criminis, usui, saluti, documento cert. scio, **morti** vix puto posse, seribendumque arbitror **Ipsa causa mortis**. Tum verba **Ut in** in cod. Vatic., uno omnium praestantissimo, desiderari docet Halm, quare idem prepositionem **In** uncis inclusit. Fortasse Cicero ne **Ut** quidem scripsit, sed **Quo**.

---

Phil. X. 7. 15 Etsi est enim Brutorum commune factum et laudis societas aequa, Decimo **tamen iratores** erant ii, qui id factum dolebant, quo minus ab eo rem illam dicebant fieri debuisse. Alii Decimo tamen Bruto irat sunt —, in cod. Vatic. esse dicitur **Tamen ratioreces**. Cum igitur post particulam **Tamen** aliquid excidisse perspicuum sit, non illud nomen esse Bruti existimo, sed particulam **Eo**.

---

N. D. I. 34. 96 ex. Ad similitudinem enim **deo** proprius accedebat humana virtus quam figura. Haec verba ita explicit Klotz proem. p. X.: Quod ad similitudinem ipsam attinet, deo proprius accedebat humana virtus quam figura, improbatque quod Schoemann scripsit **Dei**. Ego ad Schoemann sententiam ita accedo, ut Deorum scribere malim, nam ad dativum, ut Klotzii loquendi genere utar, miror a quoquam ferri potuisse.

---

Mil. 13. 35 ex. **Reus** — Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. **Quo** tandem animo hoc tyrannum illum tulisse creditis? quantum odium illius **et in homine iniusto quam etiam iustum fuisse?** Ante verba **In homine iniuste** desidero particulam **Ut**, hujusmodi adiunctionum propriam, aut interponenda igitur mihi videtur aut in loco particulae **Et** reponenda.

EIAM Fam. XV. 17. 2 adiicienda videtur particula Ut verbis mediae orationi nsertis Tamen ad te scribam aliquid.

Necessario vero de Or. III. 45. 177 scriendum est Itaque ut tum graves sumus tum subtile, tum medium quiddam tenemus, sic institutam nostram sententiam sequitur orationis genus idque ad omnem aurum voluptatem et animorum motum mutatur et vertitur.

De dom. 49. 127. Satis mirari non queo quemquam editorem ferendam duxisse hanc scripturam Quid? in dedicatione nonne et quis dicit et quo modo quaeritur? ac non vidisse unum verum esse, quod nunc video Baiterum restituisse, Dedicet. Ernesti etsi falso, at certe ex arte scripsit Dicat.

Ib. paulo infra quod idem Baiter scripsit Video enim esse legem veterem tribuniciam, quae vetet iniussu plebis aedes, terram, aram consecrari (vulg. Consecrare), mihi quoque in mentem venerat, non quod necessarium esset passivum genus, sed quod in eodem saepius peccatum est in Ciceronis libris, ut ib. 29. 78 In hoc genere solo rem iudicatam referri posse voluerunt necessario emendandum esse existimo, itemque Har. resp. 8. 17 Ferri me posse, id quod fecit Halm, et Acad. II. 20. 64 Ut ei responderi posse diffiderem, et Verr. III. 87. 203 ex. Istam cellam atque istam aestimationem negant ullo modo ferri posse, \*) fortasse etiam Leg. agr. III. 4. 13 Hic, ut ipse habeat quod non habet, quae dubia sunt per vos sanciri vult, et Quint. 16. 51 Mavult enim commemorari se, cum posset perdere, pepercisse quam, cum parcere potuerit, perdidisse.

Tim. c. 7. praepositio In restituenda est: Deinde instituit dupla et tripla intervalla expiere, partes rursus ex toto desecans, quas in intervallis ita locabat, ut —, itemque Fam. XV. 4. 6 Athenaeum — in maxima apud regem auctoritate gratiaque constitui. Att. IV. 6. 3 In incipiendo refugi. Fortasse etiam Brut. 89. 306 Ego autem in iuris civilis studio multum operae dabam Q. Scaevolae, et ib. 34. 128 L. Bestia a bonis initiis orsus.

Fam. XIII. 26. 2 a recentioribus editoribus omnibus ut videtur scriptum est Qui Eli negotiatus est, quae eadem forma olim etiam N. D. III. 23. 59 recepta nunc emendata est, itemque Verr. V. 49. 128 Tyndari, quamquam jam K. L. Schneider, gramm. II. p. 197: Es ist eine von Victor. ad Cic. I. c. ausgegangene Behauptung inquit, dass Elis, wenn es die Stadt bezeichne, den Gen. Elis u. s. w. bilde (scilicet quod Plinius fecerit accusativum **Ellin**). Aber diese Flexion ist vielmehr mit Ausnahme des Abl. ganz unerweislich, und selbst jener Ablativ möchte leicht bei critischer Untersuchung über jene Stelle eben so fallen, als er bei demselben Schriftsteller N. D. III. 23 jetzt auf Veranlassung der Handschriften in **Ellid**

\*) Fam. IV. 5. 5 vitiouse scribi Denique noli — obliisci — — neque imitare dictum est alio loco.

verwandelt worden ist. Die von Scheller im Wörterbuch für den Ablat. angeführten Stellen sind theils falsch citirt, theils bieten sie vielmehr Elide dar. Atqui ante Victorium scribi solebat **Elide**, quae forma vel contra omnes codices restituenda videtur.

---

Fam. III. 12. 3 Vides sudare me jamdudum laborantem, quo modo ea tuear,  
quae mihi tuenda sunt, et te non offendam. Emendandum esse Ut te non offendam  
ita omni asseveratione affirmo, ut pluribus exequi pigate.

---

Cicero saepe scripsit **Positum sit, exemplo sit, cognitum sit, praeceptum sit,**  
**sit tractatus hic locus et sim.**, (Jahn Or. 50. 168; Inv. II. 17. 52; 20. 59; 25. 76;  
29. 87; Part. 36. 126; 8. 30; de Or. II. 22. 90; 84. 341 ex. cet. Falso huc retulit Jahn  
Or. 64. 216 Quod minimum sit, et 57. 196) numquam, ni fallor, Extremum illud sit  
nec Summa illa sit, sed saepe Extremum illud est, Summa illa est, velut Fam. XIII.  
64. 2 Summa — haec est; ibid. 75. 2 Summa est; Phil. II. 13. 32. Uno illud loco legere  
me memini: Fam. XIII. 53 ex. Summa illa sit, quod mutandum videtur in Summa illast.

---

Inv. II. 44. 129 Sin caussam afferet is, qui a sententia (contra scriptum)  
stabat, primum erit contra dicendum. (§. 130) Deinde **hunc inducere partitionem**,  
cujus in singulas partes multae convenient argumentationes. Infinitivus nec sua  
vi nixus nec quoquam referendus, sed sic nude positus, quasi praecesserit Primum oportet  
contra dicere, et si scio, quo defendi possit \*), tamen ab hoc loco longe alienus videtur,  
nam neque induci omnino puto **partitionem** posse, neque habet partitio ejusve partes argumenta  
aut argumentationes, quae in illas convenient, denique partitio quidem insequitur nulla, sed  
affertur locus ejusque partes, ex quibus ducantur argumenta, estque is unus ex iis, quibus  
plerumque omnibus, majore autem parte semper posse uti qui scriptum de-  
fendat, dictum est 43. 125. Scribendum igitur censeo Deinde **hunc inducere oportet**  
(vel **oportet**) **locum**. cf. 47. 138 Contra scriptum autem qui dicet, primum in-  
ducet eum locum. Altero loco, quo ejusmodi infinitivos reperiri ostendimus, 47. 140,  
Schuetzins futura posuit **Quaeret** —, ostendet —, describet. Quod si cui audacius  
factum videbitur, hic quoque idem verbum Oportet post Postea omissum esse a libriis for-  
tasse licet suspicari, praesertim cum centies in his libris idem vocabulum positum facilius videa-  
tur praetermitti potuisse, fortasse etiam notis litterarum, non plenis litteris scriptum.

---

Cael. 3. 8 Illud tamen te esse admonitum volo, primum qualis es, talem te  
existiment, ut quantum a rerum turpitudine abes, tantum te a verborum liber-  
tate sejungas, deinde ut —. Hanc scripturam Klotzius Bakio probavit, ut ait ipse praef.

---

\*) Madv. Fin. II. 31. 103 affert Klotz Lael. 20. 74; Quintil. IV. 5. 20 et in Add. p. 373 Varr. r. r.  
III. 9. 8, hujus loci immemor et alterius ibid. 47. 140 Postea quaerere ab adversariis —, (48. 141)  
deinde — ostendere — —, postea describere, cum praecesserint futura 47. 138 Inducet —,  
ostendet —, dicet —, demonstrabit.

ed. Teubn. p. XII. Sed mihi tamen inquit, si recipiamus hanc sententiam, aliquid hinc ejusmodi excidisse videtur, quale est Talem te esse omnes existiment. Scribebatur enim antea Existimes, ex quo facilius videtur restitui posse Talem te existimari velis. Ceterum si Existiment recte scribatur, quod equidem non ita puto, potius emendaverim Talem te tui existiment.

Leg. agr. II. 30. 81 Quem agrum nunc praeterente vestrum esse dicitis, et quem per iter qui faciunt externi homines vestrum esse audiunt, is — — — neque vester esse dicetur. Codd. Quem iter, quem pariter, quem pariter iter, per quem iter. Consuetudo Tulliana poscere videtur Quem ea iter qui faciunt, velut Phil. IX. 3. 6 Multis in urbibus, iter qua faciebat —. Fam. V. 4. 1 Qui hac iter faciebant.

Rep. I. 19. 31 ex. Obtrectatores et invidi Scipionis — — tenent — senatus alteram partem dissidentem a nobis —, neque hunc — —, triumviris seditionissimis aliquid quotidie novi molientibus, bonis viris locupletibus perturbatis, his tam periculosis rebus subvenire patiuntur. Creuzer Bonis viris et locupletibus, aut Bonis viris loco pulsis conjectit, quas miras Orellius dicit suspiciones. Ego non dubito quin vox Locupletibus, interpretandi caussa ab aliquo adscripta, delenda sit.

Quinct. 18. 57. Quaesivit a te statim ut Romam rediit Quinctius, quo die vadimonium istuc factum esse dices. Respondisti statim: Nonis Februar. Discedens in memoriam rediit Quinctius, quo die Roma in Galliam proiectus sit; ad ephemeridem revertitur, inventur dies profectionis prid. Cal. Febr. Redit scribendum esse judico non tam propter ea quae sequuntur, praesentia Revertitur et Invenitur, quam propter id quod pendet ex hoc perfectum Proiectus sit.

Turpe vero mendum residet Balb. 27. 60 Quos (inimicos suorum) quidem hesterno die Cn. Pompeius secum si vellent contendere jubebat, ab hoc impari certamine atque injusta contentione avocabat. Et erat aequa lex et nobis — atque omnibus — vehementer utilis, ut nostras inimicietas ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus. Imperfectum Erat etsi per se ferri potest, futurum tamen Erat non solum bene appositum est ad totam sententiam, est enim Quam si legem putaveritis, erit aequa lex, sed necessario requiritur temporum ratione, ne Cicero scripsisse videatur Erat lex ut geramus.

Pronomina **Iste** et **Ipse** saepissime a librariis permutata, nec magnum hac in re editionum esse consensum constat. Ut Caec. 7. 19 recte Schuetz, Orelli, Baier, Tusc. I. 17. 40 Wesenberg, Rosc. Amer. 41. 121 Halm **Iste** scripserunt, ita Verr. IV. 42. 90 idem, et Cluent. 3. 8 Kayser, quod minus probbo, **Ipse**. Mihi in Pis. quoque 29. 70 idem pronomen

reponendum videtur: Rogatus, invitatus, coactus ita multa ad istum de **ipso** quoque scripsit, ut —, ubi vulgo legitur Ad istum de **iste** quoque. Item Planc. 21. 51 Vedit pater tuus — hominem sibi maxime conjunctum, egregium virum L. Volcatium, vedit M. Pisonem, **ipsa** in aedilitate offensiuncula accepta, summos a populo Romano esse honores adeptos, (falso Klotz: Pisonem, ista in aedilitate, offensiuncula accepta, summos —) et Phil. V. 19. 53 De exercitu autem C. Caesaris ita censeo decernendum: Senatui placere militibus veteranis, qui Caesaris — auctoritatemque hujus ordinis defenderint atque defendant, **ipsis** (ceteri Iis) liberisque eorum militiae vacationem esse, prorsus ut ibid. paulo infra Vacationem militiae ipsis liberisque eorum esse placere.

---

Tusc. V. 28. 80 Dabit se in tormenta vita beata nec — — virtutibus omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum profectis resistet extra fores limenque carceris. Quid enim ea foedius, quid deformius sola reicta, comitatu pulcherrimo segregata? Ablativum fuerunt qui ferri posse putarent, quod cum alter visum esset Wolfio, Schuetzio aliquisque, praepositionem **A** addiderunt, quod quamvis videatur commode ac probabiliter factum, mihi quidem magis placet ita emendare Comitatu pulcherrimo segregato.

---

Tusc. IV. 22. 50 De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatus in Aruntem invaserit; video enim utrumque cominus ictu cecidisse contrario. Nisi sensus meus fallit, vix poterat Cicero factum illud nemini homini Romano ut opinor non notissimum **videre** se dicere, nisi ipsis nobilis cujusdam poëtae verbis describeret. (cf. IV. 3. 5; 37. 39; Brut. 23. 90 ex.; 25. 94 ex. cet.) Accedit quod Cominus ictu cecidisse contrario nescio quid poëtici coloris habere videtur, maxime **Contrarius** ictus pro **mutuo** vetustiorum poëtarum videtur, non Ciceronis, velut Plautus dixit Amph. 655 Quae (uxor) me amat, quam contra amo. Ter. Hec. 70; 583; Ad. 50; Enn. trag. v. 277 p. 45 Ribbeck More antiquo audibo atque auris tibi contra utendas dabo. Dukeb Liv. I. 16. 6. Haec ita conscripseram, cum mihi in mentem venit Livii librum alterum adire, quippe quem Ennio auctore plurimum usum esse admodum probabile esset, si quid forte inde testimonii peti posset, atque inveni in copiosissima ornatissimaque certaminis descriptione, poëta dignissima, haec verba II. 6. 9 Adeoque infestis animis concurrebunt, neuter dum hostem vulneraret sui protegendi corporis memor, ut **contrario** ictu per parmam **uterque** transfixus duabus haerentes hastis moribundi ex equis lapsi sint. Florus in eiusdem rei narratione posuit mutuum **vulnus**, ut Ov. M. VII. 141 alii.

Dubito de loco Tusc. II. 46. 110, ipsumne Ciceronem poëtico quodam afflatu instinctum orationem poëmati simillimam fudisse dicam, an sermonem certi cujusdam poëtae quasi luminibus illustrasse: Ante enim Salaminam ipsam Neptunus obruet quam Salaminii tropaei memoriam, priusque Boeotia Leuctra tollentur quam pugnae Leuctriæ gloria. Nam et Salaminis insulae declinationem illam Ciceronem philosophum oratoremque non decere recte videntur Wessenberg et Klotz judicasse, etsi quod propterea Salamina

scripserunt contra omnes codices ut alii Sen. 18. 63 *Lacedaemonia*, temere factum est; imo eandem illam formam nescio an unus cod. Lagom. recte servaverit in Pacuvii tragici versu apud Ciceronem de Or. II. 46. 193 (Ribb. trag. p. 99); et, ut taceam de Neptuni dei appellatione, *Salaminium tropaeum* dudum ab interpretibus ut nimis poëticum notatum est, et *Boeotia Leuctra* adjectivo ad ipsum nomen apposito constat a Ciceronis aliorumque optimorum latinitatis auctorum consuetudine aliena esse. v. Zumpt §. 683; F. Schultz §. 303; Madvig §. 300 A. 4. Quod excipiunt Tusc. I. 40. 96 *Propino hoc pulchro Critiae*, non suo nomine loquentem fecit Theramenem Cicero, sed ipsa Theramenis verba latine expressit.

Leg. agrar. II. 20. 54 Plus spectant homines certe quam contumeliam, sperant, si concessum sit inimicis Cn. Pompeji cum imperio, cum judicio omnium rerum, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia non solum aliis in locis vagari, verum etiam ad ipsius exercitum pervenire, aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de ejus exercitu, copiis, gloria detrahi posse. Illud *Allis* in locis ita intelligi potest, si qua alia loca spatio disjuncta a castris Pompeji decemviris agris dividundis lege Servilia definita fuerunt, extra quae tamen loca egredi iis cum imperio atque infinita potestate licet, quod quam sit vel verum vel consentaneum viderint alii. Imo ea ipsa loca, in quibus etiam tum belli nomen reliquum erat, eos agros, quorum etiam penes Cn. Pompeium omne judicium et potestas more majorum debebat esse, decemviris lege Servilia vendendos addici queritur Cicero ibid. 19. 52 ex., et paene iisdem verbis 22. 60 Cujus non in provinciam inquit, sed in ipsa castra decemviri cum imperio, infinita pecunia, maxima potestate et judicio rerum omnium mittuntur —. Quid multa? emendandum est *Illis* in locis.

Flacc. 14. 33 Classis nomine pecuniam civitatibus imperasse Flaccum, cum accusator criminatus esset, dimidium ejus illum, quo Pompejus erat usus, imperasse defendit Cicero 14. 32. Neque est adhuc tamen ea summa completa inquit. (33.) **Non refert vero. Quid lucretur?** Quum enim onus imperatae pecuniae suscipit, id quod tu crimen esse vis confitetur. Qui igitur probari potest in ea pecunia non referenda crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret? Haec ita restituenda puto **Non refert. Vero. Quid ut lucretur?** i. e. At enim non refert rationes ad aerarium. Fateor. At nihil in eo facit lucri. Nam quod tu crimen esse vis, id ut confitetur, ita verum crimen esse negat. Quoniam igitur tum demum se ipse criminaretur, si pecuniam eam ob causam non referret, ut adversariorum crimina effugeret, propterea non licet ei crimi dare pecuniam non relatam, praesertim quam si referret, crimen esset nullum. Quae ratiocinatio si cui nimis artificiosa videbitur nec satis esse ad probandum illud quod velle se professus erat, me licet auctore utatur, causam tamen ejus rei non puto cuiquam obscuram videri. Vel illud quod id quod alienissimum est iterat de imperatae pecuniae criminis, quam est captiosum, deinde vero, quod ridiculum certe esset, si simpliciter ac plane eam causam explicaret qua pecuniam non relatam defenderet, verba ita contorsit atque involvit, ut quasi adumbraret tantum argumentationem, quam nos exprimere conati sumus; atque in extremo

quasi certum exploratumque id sumsit, quod erat argumentis confirmandum. Haec pluribus disputavi, ne quis me totius loci sententiam parum curasse argueret. Illa vero, quae adhuc scripta sunt in libris, non dispicio, quomodo sustineri possint. Primum enim illud Non refert appetere esse novum crimen objicientis, in quo dicendi genere frequenter Latini utuntur particula At, raro etiam Sed, numquam, quod equidem sciam, Vero. At ejusdem particulae in responsionibus proprium esse locum, etiam nullo adjuncto pronomine, jamdudum cognitum est, v. Mur. 31. 65 ex., interpr. Brut. 87. 300, Gierig Plin. ep. III. 8. 4 cet. Denique Quid lucretur absurdum est, si adjiciatur Si referat, aliud non potest quidquam cogitari. Quid ut — Madvig illustravit exemplis ad Fin. II. 19. 61 p. 250.

---

Sest. 5. 12 Si M. Petreji non excellens animus et amor rei publicae — extitisset —, datus illo in bello esset hiemi locus, neque umquam Catilina, cum e pruina Apennini atque e nivibus illis emersisset atque aestatem integrum nanctus Italiae calles et pastorum stabula **praedari coepisset**, sine multo sanguine ac sine totius Italiae vastitate miserrima concidisset. Ita Halm e melioribus codd., quorum in praestantissimo Paris. est vel Praeclare vel **Praedare coepisset**, vulgo scribitur Praeclara cepisset. Illud explicant: die Höfe der Hirten brandschatzen, in quibus stabulis et callibus primum vereor, ne non tanta praepta parata fuerit, qua qui potitus esset, adeo opibus copiisque abundaret, ut victoria multo sanguine ac totius Italiae vastitate constaret. Deinde **Praedari stabula aut aliquam rem** nec dixit Cicero umquam, sed aut casum addidit nullum, aut praepositiones ex, de, in, nec si dixisset, esset brandschatzen. Altera scriptura Praeclara cepisset nec magnam fidem habet nec commode explicari potest, nam calles et stabula, quae defendendi ac belli ducenti magnam opportunitatem habeant, non puto appellari licere **praeclara**. Quae cum ita sint, sequitur ut **Praeoccupare coepisset** videatur Cicero scripsisse.

---

Rab. Post. 10. 28 Ut ventum Alexandream est, judices, haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae, si eurationem et quasi dispensationem regiam suscepisset. Id autem facere non poterat nisi dioecetes, (hoc enim nomine utitur) qui a rege esset constitutus. Extrema verba cum vitiosa visa essent, alii aliter sanare studuerunt, ut ten Brink, qui de hac oratione scripsit in Philol. XI. 92—100, hoc modo: **Hoc enim nomine utitur, qui regi est a redditibus, quae conjectura non modo probabilis, sed ne tolerabilis quidem est, propterea quod Cicero vectigalia non dixit reditus**, Malvigi sic: **Hoc enim nomine utitur qui ea regit, non sane acute, ut mihi videtur. Mihi nulla videtur opus esse emendatione nisi lenissima: Id autem facere non poterat nisi dioecetes; hoc enim nomine utitur, qui a rege est constitutus i. e. Dies konnte er nicht anders, als als Dioecet; diesen Namen führt nämlich der, der vom Könige dazu eingesetzt ist. Pergit enim Odiosum negotium Postumo videbatur, sed erat nulla omnino recusatio; molestum etiam nomen ipsum, sed res habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat. In quo quid quemquam offendere possit, non video.**

---

Att. VIII. II. D. 7 Memineram me esse unum —, qui si offendissem ejus animum, cui, eum jam in armis essemus, consulatus tamen alter et triumphus amplissimus deferebatur, subjicerer iisdem proeliis, ut mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare. Conjunctio Ut nec consilium potest significare nec id quod consequitur, omninoque quid sibi velit non perspicio, sed scribendum censeo **Quod**. Deinceps non **Atque** haec non ego prius sum suspicatus quam mihi palam denunciata sunt, neque ea tam pertimui — quam declinanda putavi —, sed **Neque** haec — scribendum esse alibi dixi.

Brut. 74. 260 Miracula nominum codices exhibent Chirtilium, Girtilium, Gutilium, editores plerique scripserunt C. Rutilium, Jahn, cui assentitur Kayser Jahn Jahrb. 79. p. 849, C. Hirtuleium, quod nomen non aliud esse atque, id quod ipsum est in codd., C. Hirtilium, ut ex Apuleio factus esset Apilius et Apilius, docuit Ritschl ind. lect. Bonn. hib. 1853, quae forma videtur hoc loco restituenda.

Acad. II. 17. 54 Similitudines vero aut geminorum aut signorum anulis impressorum pueriliter consequantur. — — Sed si satis est ad tollendam cognitionem similia esse multa multorum, cur eo non estis contenti —? et cur id potius contenditis, quod rerum natura non patitur, ut non suo quidque genere sit tale quale est, nec sit in duobus aut pluribus **ulla re** differens **ulla communitas**? ut [sibi] sint et ova ovorum et apes apium simillimae. Ita vulgo scribitur, Schuetz: Sint ut sunt et ova —, Lambin.: At tibi sint, Davis.: At, si vis, sint, Goer.: Ut sint. Mihi dubium non est, quin unum verum sit Ut si sint, quam esse vel frequentissimam exemplorum inducendorum formulam neminem fugit. Deinde illud Nec sit in duobus aut pluribus **ulla re** differens **ulla communitas** non intelligo quomodo explicari possit, nisi forte hoc statuatur Academicos voluisse, nullam esse omnino in duobus aut pluribus communitatem **ulla re** differentem, quod eiusdem est insaniae, ac si quis nulla esse ova contendat, quae quidquam inter se differant. Apparet autem hoc efficere velle illos: Etsi sint multa ex eodem genere res, quae facile internosci possint, quod quis est sana mente qui negare possit? inveniri tamen, quae ita sint omnibus partibus similes atque geminae, ut nulla re differentem habeant communitatem quandam atque eadem plane sint. Quod cum intelligeret Lambinus, ita emendavit **Nulla res differens nulla communitas**, i. e. Esse quandam communitatem nulla re differentem affirmant, et hercle aut hoc scribendum est aut tale aliquid **Neque sit ulla** (aut **Et sit — nulla**) **re differens una communitas**, nam **Ulla communitas** nullo pacto videtur ferri posse.

De Or. III. 44. 175 Neque est ex multis res **una**, quae magis oratorem ab imperito dicendi ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit — —, orator autem sic illigat sententiam verbis, ut —. Haec verba si interpretes in eam partem acceperunt, ut **non unam**, sed plures res oratorem ab infante magis distinguere existimarent quam numerosam orationem, recte scripserunt quod supra posui, sin, id quod sententia flagitat, hoc dicit Cicero, multis rebus internosci posse verum oratorum ab imperito

dicendi, nulla tamen magis quam numero, non scripsit Neque una, sed illa. Nam non unum non esse nullum pueros docemus.

Or. 68. 227 Numerus non poëtice **iunctus** qui possit esse non facile perspicio,<sup>\*</sup> **vinetum** probe novi, qui e **soluta aptam** efficiat orationem (68. 228) et **vinetam** (19. 64) atque **adstrictam** (56. 178) atque ipse **adstrictus** appelletur, contrarius **solute**; quorum altero **vineta** efficitur oratio, altero ita **relaxata et liberata**, ut verba neque **alligata** sint quasi certa aliqua lege versus (numero poëtice vincto) neque ita **soluta** ut vagentur (de Or. III. 44. 175 ex sq.) cf. Or. 23. 77 Solutum quiddam sit nec vagum tamen, ut ingredi libere non ut licenter videatur errare. Ib. 52. 176 (Isocrates) se — relaxarat a nimia necessitate numerorum, et 57. 195 Neque numerosa esse ut poëma neque extra numerum ut sermo vulgi esse debet oratio. Alterum nimis est **vinetum** —, alterum nimis **dissolutum**, quo in loco Oratio numerosa ut poëma nulla alia est nisi poëtice vineta aut numero poëtice vincto adstricta.

At Brut. 20. 78 non mihi persuasit Peter non **unctiorem** splendidioremque consuetudinem loquendi laudari, sed **vinctiorem**; **unctiorem** enim orationem esse existimo, quae paulo magis niteat (ib. 59. 215; 67. 238), denique quae ib. multisque aliis locis splendidior, alio florens et picta (Or. 27. 96) vocatur, quae vocabula nulla re alia differunt nisi quod aliud ex alio genere translatum est, quod genus verborum Cicero ad rem planius apertiusque explicandam cumulare solet.

<sup>\*</sup>) Pro continuato accipi solere credo, nam cum ordo pedum faciat ut id quod pronunciatur aut orationis aut poëmatis simile videatur (ib ex.), numerum poëtice iunctum eum appellari, quo verba certo quadam ac perpetuo pedum ordine adstringantur. Sed quoniam iunctum aut id est quod ex pluribus conexus et confatum est (ut Iuncta verba sunt quae nos dicimus composita, et Att. IV. 15. 1 Ut est ex me et ex te iunctus Dionysius M. Pomponius; Acad. I. 11. 40; Inv. II. 52. 157 sq.; I. 12. 17. Tusc. I. 19. 43. Item Coniunctum ex — aliquid Cicero dixit non solum Fin. II. 14. 44, sed etiam altero loco, quod Madvigii causa commemoro, Phil. XII. 3. 8, non saepius), aut id quod alias rebus adnexum est, iunctaeque res, quae inter se copulatae sunt, non puto recte dici iunctum numerum, quem isti velle videntur, et si scio, quae Nipperdey dicat ad Caes. C. III. 69. 4 et ad Tacit. IV. 57 et Fabri ad Liv. 21. 5. 3.

#### Corrigenda.

- P. 6 v. 5 ab ex. scr. 41 ex., non 4 ex.
- 8 v. 3 adde: Curt VI, 10 (33) 12 Vel iudicium tuum serva.
- 14 v. 10 scr. Att. XV. 3 ex.
- 18 ex. scr. Elide.

## **Index locorum vel emendatorum vel explicatorum.**

Inv.	I. 30.	48 ex.	—	p. 8	Fam.	I.	9.	17	—	p. 7	Att.	XII.	29.	2	—	p. 12
—	II. 10.	33	—	9	—	III.	12.	3	—	19	—	XII.	37.	4	ib.	
—	13.	44	—	7	—	IV.	5.	5	—	18 N.	—	XIII.	6 ex.		13	
—	31.	95	10	N.	—	V.	2.	6	—	10	—		33		ib.	
—	32.	98	ib.	—	VII.	7.	2	—	14	—		44		ib.		
—	33.	102	ib.	—	VIII.	4.	5	—	11	—	XIV.	1.	2	9 N.		
—	44.	129	19	—	IX.	16.	7	—	12	—		5.	2	13		
—	47.	140	ib.	—		17.	1	—	7	—		21		11		
de Or.	II. 46.	193	22	—		26.	1	—	13	—	XV.	26.	4	ib.		
—	83.	339	5	—	X.	6.	3	—	10	—		26.	5	10		
—	84.	341	8	—		16.	2	—	11	—	XVI.	4.	1	6		
—	III. 44.	175	24	—	XI.	10.		—	16	Acad.	II.	17.	54	24		
—	45.	177	18	—		22.	2	—	8	—		20.	64	18		
Brut.	20.	78	25	—	XII.	20.		—	16	—		26.	82	5		
—	34.	128	18	—	XIII.	26.	2	—	18	Fin.	I.	6.	20	6	N.	
—	74.	260	24	—		53 ex.		—	19	—		6.	21	6		
—	89.	306	18	—		64.	1	—	11	—	II.	11.	35	5		
Or.	53.	177	5	—	XIV.	4.	3	—	12, 13	—		19.	60	6		
—	68.	227	25	—		14.	2	—	10	—		25.	81	5		
Quinct.	16.	51	18	—		21		—	11	—		26.	82	15		
—	18.	57	20	—	XV.	2.	5	—	7	—	III.	16.	53	6		
Verr.	III. 60.	138	13 N.	—		4.	6	—	18	—	IV.	16.	43	7		
—	61.	141	7	—		17.	2	—	ib.	—		26.	72	6		
—	87.	203 ex.	18	—		17 ex.		—	10	Tusc.	I.	10.	21	7		
—	V.	68.	174	9	—	XVI.	9.	4	—	11	—	II.	25.	60	16	
Caec.	6.	16	7	Q. fr.	I.	1.	35	—	11	—		46.	110	21		
—	25.	75	ib.	—		2.	15	—	7	—	III.	8.	16	6		
—	30.	88	9	—		3 ex.		—	10	—		11.	24 ex.	ib.		
Cluent.	2.	6	9 N.	Pet cons.	8.	30		—	11	—		16.	35	5		
—	3.	8	20	—		9.	35	—	ib.	—	IV.	6.	12 ex.	6		
—	30.	83	9	—		10.	40	—	14	—		13.		ib.		
Leg. agr. II.	20.	54	22	Att.	I.	17.	ex.	—	12, 13	—		17.	39	15		
—	30.	81	20	—	II.	14.	2	—	13	—		21.	47	7		
—	III. 4.	13	18	—		18 ex.		—	3	—		22.	50	21		
Flacc.	14.	33	22	—	IV.	4.	a. ex.	—	12	—		24.	53	6		
Dom.	29.	78	18	—		6.	3	—	18	—		25.	55 ex.	5		
—	49.	127	ib.	—		6 ex.		—	11	—	V.	16.	47	6		
Har. resp.	8.	17	ib.	—		16.	1	—	4	—		28.	80	21		
Sest.	5.	12	23	—		18 ex.		—	12	N. D.	I.	15.	41 ex.	6		
Cael.	3.	8	19	—	V.	1.	2	—	5	—		34.	96 ex.	17		
Balb.	27.	60	20	—		1 ex.		—	11	Rep.	I.	18.	30	15		
Pis.	29.	70	ib.	—		10 ex.		—	12	—		19.	31 ex.	20		
Planc.	3.	8	4	—		12.	3	—	10	—		26.	41	8		
—	21.	51	21	—		15.	3	—	12	—		39.	59	14		
Rab. Post.	8.	21	7	—	VI.	9.	5	—	12	—	II.	28.	51 ex.	8		
—	10.	28	23	—	VII.	25		—	13 N.	—		38.	64 ex.	7		
Mil.	13.	35 ex.	17	—	VIII.	5.	1	—	ib.	—		frg. p.	315 Kl.	9		
Deiot.	6.	18	8	—		11.	D.	7	24	Sen.		18.	63	22		
Phil.	V.	19.	53	21	—	X.	10.	6	13	Fr. g. p.		214 Kl.		9		
—	IX.	1.	3	17	—		15 ex.		10	—		258		8		
—	X.	7.	15	ib.	—		16.	5	3 N.	Tim.		7		18		
—	XIV.	6.	15	6	—	XI.	23.	3	5	Ter. Andr.		266	4 N.			
—	13.	34	7	—		24 ex.		—	10	Ph.		134	14 N.			

## Jahresbericht.

---

Die wehmüthig ernste Feier des Geburtstages Sr. Majestät des Königs, welche in bedeutungsvoller Weise als ernstes Fest im Laufe eines jeden Schuljahres zu innerer Sammlung und Selbstprüfung auffordert, erschien uns auch in dem abgelaufenen Jahre als eine gewichtige Mahnung, treu zu wirken, so lange es Tag ist, weil die Nacht kommt, da Keiner wirken kann. Zu unserm tiefen Schmerze erging bald danach die nämliche Mahnung noch einmal an uns von einer Seite, von welcher wir sie nicht erwarteten. Am 7. November starb nach kurzer Krankheit der Abiturient Oskar Dittrich, nahe dem Ziele, dem er mit treuem Eifer und rühmlichem Erfolge nachgestrebt hatte. Den schweren Kampf, welchen es ihn kostete, sich in die wunderbaren Wege des Herrn zu finden, haben seine Lehrer und seine Mitschüler ihm nachempfunden. In dieser Stimmung würde es uns kaum möglich gewesen sein, das Schillerfest am 11. November anders, als in grosser Stille, zu begehen, auch wenn es nicht ein stets festgehaltener Grundsatz der Anstalt wäre, bei ihren Festlichkeiten alles Laute und Anspruchsvolle zu vermeiden. Die Festrede des Herrn Oberlehrer Dr. Lewitz, in welcher der Jugend die Jugendgeschichte des Dichters vorgeführt ward, und der Vortrag des Göthe'schen Epilogs zu Schillers Glocke hat ihres Eindrucks nicht verfehlt. Andere bedeutungsvolle Tage, welche das Schuljahr brachte, namentlich der Sterbetag des vor 300 Jahren abgerufenen Praeceptor Germaniae, wurden bei dem gemeinsamen Morgengebet den Schülern in ihrer Bedeutsamkeit dargestellt.

Zwei Lehrern der Anstalt, Herrn Oberlehrer Dr. Lewitz und Herrn Prof. Dr. Simson, ward zum Zweck einer Badekur ein vierzehntägiger Urlaub im Anschluss an die Sommerferien gewährt. Die Vertretung derselben wurde mit Bereitwilligkeit von dem Lehrerkollegium übernommen, und wir hatten die Freude, Beide in sichtlich gekräftigter Gesundheit zu uns heimkehren zu sehen. So ist denn ohne irgend erhebliche Störungen die gemeinsame Arbeit mit derjenigen ruhigen Gleichmässigkeit gefördert worden, welche zu einzelnen Mittheilungen keinen Anlass bietet, aber desto reicher ist an innerem Segen.

Die in dem Schulsaal aufgestellte Orgel, welche die Feierlichkeit der täglichen Morgen-Andachten auf das Würdigste erhöht und uns schon deshalb ein besonders werthes Besitzthum ist, wurde im Laufe des Sommers durch eine vollständige Reparatur und die Ersetzung eines weniger brauchbaren Registers durch ein zwekmässigeres noch wesentlich verbessert.

In dem Lehrplan der Anstalt, wie in der Vertheilung der Lektionen auf die einzelnen Lehrer sind die für das Schuljahr 1858/59 getroffenen Bestimmungen unverändert beibehalten worden, so dass in beiden Beziehungen nur auf das in dem vorjährigen Programm Mitgetheilte verwiesen werden kann.

Schulfrei waren im Laufe des Jahres 1859 folgende Tage: 18. Januar (Krönungsfest); 14. April — 28. ejusd. (Osterferien); 10. Juni — 16. ej. (Pfingstferien); 6. Juli — 4. August (Sommerferien); 5. Oktober — 13. ej. (Michaelisferien); 15. Oktober (Geburtstag Sr. Majestät des Königs); 22. Dezember — 5. Januar 1860 (Weihnachtsferien).

---

### Statistik.

Die Schülerzahl, welche sich im September v. J. auf 340 belief, stieg im Laufe des Winterhalbjahrs auf 370, im Sommersemester auf 377. Gegenwärtig wird die Anstalt von 373 Schülern besucht, unter denen sich 45 Primaner, 40 Secundaner, 43 Ober-Tertianer, 50 Unter-Tertianer, 67 Quartaner, 63 Quintaner und 65 Sextaner befinden.

Mit dem Zeugniss der Reife sind folgende Primaner entlassen worden.

Michaelis 1859:

- 1) **Carl Hermann Böttcher**,  $20\frac{3}{4}$  J. alt, evang. Conf., geb. zu Pr. Eylau, Sohn des verst. Lieutenants und Steueraufsehers Böttcher,  $\frac{1}{2}$  Jahr Primaner der Anstalt; er studirt Theologie auf hiesiger Universität.
- 2) **Wilhelm Jürgens Dierks**,  $18\frac{1}{2}$  J. alt, reform. Conf., geb. zu Königsberg, Sohn des verst. Kaufmanns Dierks,  $10\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er studirt die Rechte auf hiesiger Universität.
- 3) **Alfred William Grünhagen**,  $17\frac{1}{2}$  J. alt, reform. Conf., geb. zu Königsberg, Sohn des ehem. Kaufmanns Grünhagen, 9 J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er studirt Medicin auf hiesiger Universität.
- 4) **Hugo Andreas Kordgien**,  $17\frac{1}{2}$  J. alt, evang. Conf., geb. in Megsten bei Labiau, Sohn des Rentiers Kordgien hierselbst,  $2\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er studirt Philosophie auf hiesiger Universität.
- 5) **Rudolph Ferdinand Benjamin Kossak**,  $18\frac{3}{4}$  J. alt, evang. Conf., geb. in Ladekopp bei Marienburg, Sohn des Predigers Kossak hierselbst,  $9\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er studirt Medicin auf hiesiger Universität.
- 6) **Otto Emil Friedrich Tischler**, 16 J. alt, evang. Conf., geb. zu Breslau, Sohn des Bauinspectors Tischler hierselbst,  $7\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima, er studirt Mathematik und Physik auf hiesiger Universität.
- 7) **Otto Waldemar von Wedell**,  $18\frac{3}{4}$  J. alt, evang. Conf., geb. in Althof bei Allenburg, Sohn des Rittergutsbesitzers v. Wedell, 9 J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er studirt die Rechte auf hiesiger Universität.

Ostern d. J.:

- 1) **Hugo Leopold Gerdien**,  $20\frac{1}{4}$  J. alt, reform. Conf., geb. zu Königsberg, Sohn des Superintendenten und Hofpredigers Gerdien,  $10\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt,  $2\frac{1}{2}$  J. in Prima; er studirt Medicin auf hiesiger Universität.
- 2) **Alwin Otto Benedict Titius**,  $21\frac{1}{4}$  J. alt, evang. Conf., geb. zu Löbau, Sohn des verstorbenen Gerichtsraths Titius,  $5\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt,  $2\frac{1}{2}$  J. in Prima; er studirt Theologie auf hiesiger Universität.
- 3) **Richard Wilhelm von Bähr**,  $19\frac{3}{4}$  J. alt, reform. Conf., geb. in Rammsau, Sohn des Rittergutsbesitzers von Bähr,  $5\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er hat sich dem Militärdienste gewidmet.
- 4) **Wilhelm August Clemens**,  $20\frac{1}{2}$  J. alt, evang. Conf., geb. in Grossendorf, Sohn des Lehrers Clemens,  $5\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er studirt Theologie auf hiesiger Universität.

- 5) **Berthold Friedrich Edmund Pensky**, 18 $\frac{1}{2}$  J. alt., evang. Conf., geb. zu Königsberg, Sohn des Kaufmanns Pensky, 11 $\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er studirt die Rechte auf hiesiger Universität.
- 6) **Felix Franz Carl Gustav von Sydow**, 19 $\frac{1}{4}$  J. alt., evang. Conf., geb. in Sanditten, Sohn des Rittergutsbesitzers von Sydow, 4 $\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er studirt die Rechte auf der Universität Bonn.

In der am 3. September d. J. abgehaltenen Abiturientenprüfung ist folgenden Primanern das Zeugniß der Reife zuerkannt worden:

- 1) **Hermann Theodor Rekoss**, 22 J. alt., evang. Confession, geb. zu Osterode, Sohn des Pfarrers Rekoss, 8 J. Schüler der Anstalt, 3 J. in Prima; er widmet sich dem Militairdienste.
- 2) **Paul August Schultz**, 21 J. alt., kathol. Conf., geb. in Langfuhr bei Danzig, Sohn des Lehrers Schultz, 1 $\frac{1}{2}$  J. Primaner der Anstalt; er beabsichtigt die Rechte auf hiesiger Universität zu studiren.
- 3) **Gottlieb Gustav Engelbrecht**, 21 J. alt., evang. Conf., geb. zu Bartenstein, Sohn des Mälzenbräuers Engelbrecht, 5 $\frac{3}{4}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er wird Medicin auf hiesiger Universität studiren.
- 4) **Hans Robert Eduard Hohenfeldt**, 17 J. alt., evang. Conf., geb. zu Memel, Sohn des Regierungs- und Consistorialraths Hohenfeldt hieselbst, 10 J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er beabsichtigt die Rechte auf hiesiger Universität zu studiren.
- 5) **Adolf Emil Jordan**, 21 J. alt., evang. Conf., geb. zu Insterburg, Sohn des Kanzleiraths Jordan, 4 $\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er wird Theologie auf hiesiger Universität studiren.
- 6) **Carl Friedrich König**, 17 $\frac{1}{2}$  J. alt., evang. Conf., geb. in Sellwethen bei Labiau, Sohn des Lehrers König hieselbst, 9 J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er gedenkt die Rechte auf hiesiger Universität zu studiren.
- 7) **Carl Gotthold Lautsch**, 18 $\frac{3}{4}$  J. alt., evang. Conf., geb. zu Storkow, Sohn des Apothekers Lautsch hieselbst, 6 $\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er beabsichtigt Chemie auf hiesiger Universität zu studiren.
- 8) **Johannes Alfred Lütken**, 21 $\frac{1}{2}$  J. alt., evang. Conf., geb. zu Kopenhagen, Sohn des verst. Kaufmanns Lütken, 4 $\frac{3}{4}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er widmet sich dem Militairdienste.
- 9) **Franz Theodor Olck**, 18 $\frac{3}{4}$  J. alt., evang. Conf., geb. zu Königsberg, Sohn des Kaufmanns Olck, 6 $\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er wird Theologie auf hiesiger Universität studiren.
- 10) **Joseph Eduard Simson**, 16 J. alt., evang. Conf., geb. zu Königsberg, Sohn des Professors der Theologie und ord. Lehrers am Friedrichs-Collegium Dr. Simson, 7 J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er wird die Rechte auf hiesiger Universität studiren.
- 11) **Carl Louis Franz Sommer**, 19 $\frac{1}{2}$  J. alt., evang. Conf., geb. zu Schippenbeil, Sohn des Predigers Sommer, 3 $\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er gedenkt Theologie auf hiesiger Universität zu studiren.

- 12) **Friedrich Carl Adalbert Tischler**, 15 $\frac{1}{2}$  J. alt. evang. Conf., geb. zu Breslau, Sohn des Bauinspectors Tischler hieselbst, 8 $\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 2 J. in Prima; er beabsichtigt Philosophie auf hiesiger Universität zu studiren.
- 13) **Volkard Henning von Arnim**, 20 J. alt. evang. Conf., geb. in Koppershagen bei Wehlau, Sohn des verst. Landraths von Arnim, 4 $\frac{1}{2}$  J. Schüler der Anstalt, 1 $\frac{1}{2}$  J. in Prima; er wird die Rechte auf der Universität Tübingen studiren.

Die Themata der in den drei Terminen angefertigten Aufsätze lauteten: Marct sine adversario virtus, erläutert und auf das Leben angewendet. — Die Macht des Beispiels. Wie zu erklären? Wie zu benutzen? — Zum Lobe des Socrates. — Speciosius quam verius Aristotelem in familiari sermone negasse, ullos esse amicos. — Num probabiliter censuerit M. Tullius, sapientis vitam omnem contineri cogitatione. — Futurarum rerum cogitationem quo jure omittendam censuerit Horatius.

Armen Schülern sind auch in dem abgelaufenen Schuljahre die üblichen Unterstützungen reichlich zu Theil geworden.

Die Sammlungen der Anstalt wurden aus den dazu verfügbaren Mitteln nicht unerheblich erweitert. Die Bibliothek ward auch in diesem Jahre von dem Herrn Minister der geistlichen, Unterrichts- und Medicinal-Angelegenheiten namentlich durch Fortsetzungen bedeutender und kostbarer Werke bereichert und das Lehrercollegium dadurch zu ehrerbietigem Danke verpflichtet.

### **Verfügungen des Königl. Provincial - Schulcollegiums.**

- 1) 8. December 1859: Die neue Unterrichts- und Prüfungsordnung für die Real- und die höheren Bürgerschulen wird zur Kenntnissnahme übersandt.
- 2) 9. December ej.: Die Zahl der dem Königl. Provincial - Schulcollegium einzuliefernden Exemplare des Programms wird auf 225 erhöht.
- 3) 20. December ej.: Die Michaelisferien sollen fortan auf 1 $\frac{1}{2}$  Wochen ausgedehnt werden, und mit dem auf einen der Tage vom 27. September bis zum 3. Oktober fallenden Sonnabend beginnen.
- 4) 23. Januar c.: Mittheilung eines Ministerial-Rescripts vom 14. Januar c., welches bestimmt, dass, wenn nicht bestandene Abiturienten statt des Zeugnisses der Nichtreife ein gewöhnliches Abgangszeugnis nachsuchen, ihnen dieses zu ertheilen, in dasselbe jedoch die Bemerkung aufzunehmen ist, dass sie an der Abiturientenprüfung Theil genommen, und sie nicht bestanden haben.
- 5) 17. März c.: Dr. Mushacke's Preussischer Schulalmanach für das Jahr 1860 wird empfohlen.
- 6) 27. August c.: Die Acten der Abiturientenprüfung sind fortan spätestens 14 Tage nach Beendigung der Prüfung einzusenden.
- 7) 30. August c.: Dem Lehrercollegium wird angezeigt, dass vom 1. Oktober c. ab der Königl. Provincial-Schulrat Herr Dr. Schrader interimistisch die Direction des Friedrichs-Collegiums an Stelle des abberufenen Directors übernehmen wird.

- 8) 3. September c.: Da Dr. Müttrich provisorisch zum Turnlehrer für die fünf höheren Schulen hieselbst ernannt ist, soll vorläufig ermittelt werden, welche Schüler sich zunächst zur Ausbildung als Vorturner eignen dürften.
- 

### **Oeffentliche Prüfung.**

Die öffentliche Prüfung sämmtlicher Klassen wird am Donnerstag den 27. und Freitag den 28. September in folgender Ordnung abgehalten werden:

#### **Donnerstag den 27. September,** **Vormittags von 8 $\frac{1}{2}$ Uhr an:**

- Choral, gesungen von der I. Gesangsklasse.  
**Sexta.** Religion. Prediger Ebel. — Latein. Derselbe.  
 Deklamation der Sextaner Richard Erbkam und Johannes Roquette.  
 Lied von Kreutzer (I. Gesangsklasse).  
**Quinta.** Rechnen. Prof. Dr. Zaddach. — Latein. Dr. Müller.  
 Deklamation der Quintaner Richard Schultz und Conrad Zacher.  
 Abendlied von Zöllner (I. Gesangsklasse).  
**Quarta.** Geschichte und Geographie. Prof. Dr. Merleker. — Latein. Professor Dr. Simson.  
 Deklamation des Quartaners Albert Nithack.  
 Abschied vom Wald, von Mendelssohn (I. Gesangsklasse).

#### **Nachmittags von 2 Uhr an:**

- Unter-Tertia.** Mathematik. Dr. Hoffmann. — Latein. Dr. Zander.  
**Ober-Tertia.** Homer. Oberl. Lehnerdt. — Curtius. Dr. Müller.  
**Secunda.** Religion. Oberl. Lehnerdt — Xenophon. Prof. Dr. Hagen. Hebräisch  
 (Prima und Secunda). Prof. Dr. Simson.

#### **Freitag den 28. September,** **Vormittags von 9 Uhr an:**

- Choral, gesungen von der I. Gesangsklasse.  
**Prima.** Physik. Dr. Hoffmann. — Französisch. Oberl. Dr. Lewitz. — Demosthenes. Prof. Dr. Hagen.  
 „Du bist's, dem Ruhm und Ehre gebühret“, von Jos. Haydn (I. Gesangsklasse).  
 Lateinische Abschiedsrede des Abiturienten Gustav Engelbrecht.  
 Entlassung der Abiturienten.  
 Schlusschoral.

Am Nachmittag um 2 Uhr werden in allen Klassen die Versetzungen bekannt gemacht und die Censuren ausgetheilt.

---

Möge es schliesslich dem unterzeichneten Director beim Scheiden aus seinem bisherigen Amte vergönnt sein, den Vielen, die ihn durch ihr Vertrauen geehrt, das Gedeihen des Friedrichs - Collegiums gefördert und das Wohl der Anstalt auf treuem, fürbittendem Herzen getragen haben, seinen innigen Dank auch an dieser Stelle auszusprechen.

Der neue Cursus beginnt am Freitag den 12. Oktober um 8 Uhr Morgens. Zur Prüfung und Inscription neu eintretender Schüler wird Herr Professor Dr. Hagen vom 29. September ab täglich während des Vormittags in seiner Wohnung (Sackheim, Hintergasse No. 24) bereit sein.

**Dr. Horkel.**

**Freitag den 25. September**

Möge es  
Amte vorgennt  
drichs - Collegium  
tragen haben, se

Der neue  
Prüfung und In  
29. September  
gasse No. 24)

© The Tiffen Company, 2007

**TIFFEN® Gray Scale**

**M**

**C**

**Y**

**K**

**G**

**W**

**B**

**R**

**A** 1 2 3 4 5 6 **M** 8 9 10 11 12 13 14 15 **B** 17 18 19

beim Scheiden aus seinem bisherigen  
trauen geehrt, das Gedeihen des Frie-  
auf treuem, fürbittendem Herzen ge-  
auszusprechen.

Oktober um 8 Uhr Morgens. Zur  
d Herr Professor Dr. H a g e n vom  
einer Wohnung (Sackheim, Hinter-

**Dr. Horkel.**